Teki hr. Platera

T. III.

L. 3170. Rok 1579.



 1

Rok 1579.

1.

Petro Myszkowski episcopo Cracoviensi Stanislaus Hosius.

87. d 1.
Teka Narusziewicza 93. Ex operibus impr. Hosii.

Ad octavum idus januarii binæ mihi sunt redditæ Dominationis Vestræ literæ, priores ultima octobris, posteriores quarta novembris datæ. Cæsareæ Majestatis exemplum eos qui cum imperio potestateque versantur merito commovere deberet, ut quem tres reges in cunis adoraverunt infantem, eum et non alium Christum adorari permitterent in cælo regnantem. Si facit hoc qui puer est propemodum, et in hac ætate teneriore virilem gerit animum, cur non faciat rex in ea jam ætate, quæ ad facienda et ferenda omnia paratior esse deberet? Laudatur præclarum hoc factum christianissimi Cæsaris, verum imitari præstaret, quam laudare tantum: nam dum laudamus, quæ non imitamur, quid aliud quam nos ipsos condemnamus, ut quum ad justi illius judicis tribunal ventum erit, excusationem prorsus nullam habere queamus. Cupere quidem illa dicitur, sed iniquitas præsentium temporum facit, ut studio et voluntati illius facultas par non esse videatur. Ego vero vehementer metuo, ne magis hoc faciat hominum, quam temporum iniquitas. An in Polonia major est, quam in Austria præsentium temporum iniquitas? An minus multi sunt in patria nostra, qui Deum patrum nostrorum colant, quam in Austria? an principem in senatu locum non obtinent episcopi, quos omnes Christianos, non autem Lutheranos vel Calvinianos esse constat? et est eorum adhuc tanta per Dei gratiam auctoritas, ut contemni non possit: quum in Austria tale nihil videre liceat. An senatus ipse non ex majore parte constat ex Christianis? quin et equestris ordinis multo major pars christiana est, ut nihil dicam de plebe, quæ plurimum ab his diis alienis abhorret et solum Deum patrum nostrorum pie colit. Num tale quid in Austria? num aliqua istic est episcoporum auctoritas? an equestris ordo recentesque deos non adorat? an plebs non furit eadem hac amentia? Quid autem christianissimus imperator? an propterea temporibus potius, quam Deo serviendum esse putavit? Quin ille cum audiret in templo cantari: Deus, cui servire regnare est, omni sua fiducia in solum Deum collocata, nulla prorsus ratione temporis habita, prophetam dicentem audivit: Et nunc reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram, servite Domino in timore et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via justa. Noluit ille suum sibique subjectorum populorum extremum interitum expectare, sed apprehendit disciplinam,



ac ne sibi thesaurisaret iram in die iræ, sathanæ ministros, quos ad abolendum evangelium Christi conspirasse videbat, magna cum Dei piorumque omnium approbatione e terris suis ejecit, ut iratum Deum sibi propitium redderet. An autem aliqui propterea sunt motus graviores consecuti? quin quanto majorem ille fiduciam in Deo patrum nostrorum collocavit, tanto magis prosperos consiliorum suorum exitus habuit. Quamobrem non est quod iniquitatem temporum, sed est quod iniquitatem hominum accusemus, nec nostrum ipsorum culpam in tempora, quæ sunt omni culpa vacua, conferamus. Verum dixit sanctus ille rex et propheta: Deum non invocaverunt, ideo trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Omnia metuimus præter Deum, quem solum si metuerent ii, qui cum imperio potestateque versantur, sive civili, sive ecclesiastica, nihil eorum, quæ metuunt, metuerent: quin metuerentur potius ab his, quos imperio potestatique suæ subjectos Deus esse voluit, et quæ debetur illis obedientia et reverentia præstaretur. Nunc quia Deum ex toto corde non invocamus, quia timorem ejus abjecimus, trepidamus timore, ubi non est timor, et a folii quoque strepitu nobis metuimus. Cœlum ruiturum existimamus, si paulo fidentius et apertius Christum confiteamur: at ego metuo ne ruat illud citius, si panicum istum pavorem, dum hac de re solliciti sumus, ne panis nobis auferatur, non abjecerimus. Præstaremus nos viros, qualem se præstitit imperator in hac ætate sua nondum satis matura, nec panis nobis esset defuturus, et prosperiores cogitationum consiliorumque nostrorum progressus et exitus essemus habituri. Sed in hoc regni sui principio tot curis, tamque multis et variis Reipublicæ negotiis rex distinetur, nihil ut omnino otii ad rem tanti momenti aggrediendam ei relinquatur? ad quam autem rem otii plus esse debet his, qui cum potestate versantur, quam ad religionem christianam sartam tectam tuendam atque conservandam, qua salva, salvum erit regnum, quæ ruere non potest, ut non eodem labefactatum motu regnum concidat universum. Primum quærite regnum Dei, dixit ille rex cælestis, et cetera adjicientur vobis. Nunc nos de regno Dei quærendo nulla sollicitudine tangimur, ex quo fit ut cetera nobis non adjiciantur. Etiam ethnicus ille poeta a Jove dixit principium, non ab aliis nescio quibus Reipublicæ curis et negotiis: sic et illi qui Dei veri notitiam non habebant, primum religionis quamvis falsæ curam habere debere censebant. Quod videmus et ab imperatore isto laudatissimo factum, qui quamvis posterior ad imperii, quam rex noster ad regni sui gubernacula accesserit, prior tamen egregiæ suæ pietatis documentum dedit, sathanæ ministris e suis terris propulsandis, ut exemplo suo finitimo regi præiret. Verum obstat privilegium, nescio quod hostibus evangelii a Sigismundo rege concessum. Non minus privilegium habuit etiam Austria, cujus qui fuerit status proximis superioribus annis, non ignoramus. Sed plus apud imperatorem valuit privilegium ab ipso Christo vere credentibus in se datum:

ut vitam potius cum sanguine profunderent, quam alienos deos coli permitterent, et quæ per obreptionem obtenta sunt, quale fuit privilegium illud, pondus habere debent nullum. Quod autem ad confœderationem attinet (quæ juxta sensum, quem adferunt publicæ pacis perturbatores, confœderatio potius Polonicis nominis et impiorum impia contra Christum conspiratio censeri debet) certum est, si quo sensu juravit in illam rex, eo accepta fuerit, quod erit violati jurisjurandi reus, nisi pestes istas, imperatoris exemplum secutus, ex regno terrisque suis primo quoque tempore profligaverit. Quid enim juravit vere pius, christianus et catholicus rex? pacem et tranquillitatem inter dissidentes in religione servabo et manu tenebo ...... (1).

Jam eo progressæ dicuntur istæ sectæ, ut vix earum numerus iniri possit. Et auditum hoc renuntiatur a palatino Cracoviensi, quod eo jam perventum est, quod non minus quam trecenti viri nobiles, quum hanc sectarum tantam varietatem, tam atroces inter eas pugnas videant, in Mahometismum inclinent. Equidem non video cur magis abominanda videri debeat Mahometana, quam aut Lutherana, aut Calviniana perfidia: nam quum in eo conveniant, ut affirment verum non esse, quod dixit Christus accepto pane, hoc est corpus meum, accepto calice, hic est sanguis meus: et per summum sacrilegium arguere mendacii veritatem non dubitent. Si mentiri potest ipsa veritas, cur non magis mentiri possit veritatis discipulus, qui dixit: verbum caro factum est? Quum legatione fungerer apud Ferdinandum imperatorem, cujus memoria sit in benedictione, fuit allatum quod Braunsvigæ disputabatur de veritate Christi corporis in eucharistia, quam Hardembergius quidam negabat. Quum autem esset expresso Dei verbo convictus: quomodo, inquit, potest dare nobis Christus carnem ad manducandum, quum nullam ex virgine carnem sumpserit? Si quis ductum rationis humanæ sequi velit potius, quam ei credere, qui fallere nescit, multo difficilius illi videbitur, Deum incarnatum, quam ex pane factum esse Dei corpus incarnati. Quantum igitur a Mahometanis distabimus? et cur non æque illorum atque Calvinistarum perfidiam approbabimus? Futurum est igitur, quod pro sua misericordia Deus procul a nobis avertat, ut ex Lutheranis et Calvinianis complures efficiantur Mahometani, et qui veritas esse negatur, nec Deus, nec homo Christus esse credatur. Sed esse dicitur occasio expectanda. Trigesimus nunc agitur annus, quod sum episcopus renuntiatus: per omne tempus id occasionem istam expectavi: semper prioribus malis temporibus pejora succedere animadverti.

---

1. (1) Tu kardynał powtarza co już w liście do króla z dnia 12 sierpnia 1577 roku powiedział, że nie powinien dotrzymać przysięgi wykonanej na utrzymanie pokoju między różniącymi się w religii. Obacz ten list i nasz przypisek.

Sed ego laudo Dominationem Vestram, quod nepotes et alios propinquos suos ad christianam fidem convertendos curaverit. Utinam autem eandem curam adhiberet in palatino Cracoviensi, qui et ipse quadam affinitate Dominationem Vestram attingit, a colviniana perfidia revocando, et ad christianam fidem, in qua baptisatus et initio fuit institus, reducendo: nullum Deo posset sacrificium offerre gratius nomenque suum immortalitati consecraret. Scribitur de illo, quod errorem suum agnoscere jam videtur, quod ex hac tot sectarum tam inter se dissectarum varietate (quandoquidem videt quod ad hoc cœperunt esse multæ fides, ut nulla sit) ingentem dolorem capiat, quodque non ita longe jam absit a regno Dei, dummodo ne deesset qui moneret errantem, et in viam, a qua deflexit, reducere conaretur. Narratur et hoc quod ab Henrico rege palatinatu auctus et honestatus ea lege fuerit, ut Calvini perfidiam abjiceret et Christi doctrinam, quam a majoribus nostris, qui Christiani vocabantur, et non Eigenvillici, nobis per manus traditam accepimus, amplecteretur, quod ita facturum fidem etiam suam obstrinxerit. Quum Christianissimus rex Henricus ex patria nostra discendens Venetias appulisset, miseram ad illum officii causa Stanislaum Rescium meum, per quem etiam sum precatus, ut ne nos orphanos relinqueret, sed ad regnum suum rediret. Is post benignum responsum a se datum, quamvis nullam ejus rei fecisset Rescius mentionem, ultro tamen quasi cœpit se excusare, quod hominem de se bene meritum palatinum designasset. Nollem, aiebat, in eam opinionem de me cardinalis veniret, quod voluerim hunc honorem hæretico delatum: nam promisit ille mihi bona fide, quod esset doctrinis istis variis et peregrinis nuntium remissurus, et a qua fuerat abductus, ad christianam fidem rediturus. Quum autem is ovis Dominationis Vestræ sit, boni pastoris officio fungeretur, si hujus eum sui promissi admoneret, atque ut id præstare conaretur efficeret. Dicitur is non vulgari quadam in Dominationem Vestram suæ voluntatis inclinatione propendere, quo facilius eum ab erroribus, in quibus versatur, liberare et in viam veritatis reducere poterit. Magnum ea res esset allatura momentum ad omnem sathanismum, quo misere vexatur, a patria nostra profligandum, et jam in portu quodammodo navigaremus. Faceret autem hoc ejus (2) exemplo, qui sororem ejus habet in matrimonio, qui quum et ipse descivisset a Deo patrum nostrorum, et alienos deos fuisset secutus, misericordiam Dei consecutus, quasi postliminio tandem ad patrum nostrorum deum est reversus, et est ille non paulo doctior, quam sit affinis Dominationis Vestræ, quem ego qualis est affinis ejus in Lithuania, populi Israel, quam Aegyptiorum ducem esse mallem. Verum de his satis.

Quoniam autem vetus est hæc et laudata consuetudo, ut sub ineuntem novum

---

(2) Mówi tu kardynał o Janie Chodkiewiczu, szwagrze Zborowskich, który już był Kalwinów porzucił, i na łono Kościoła powrócił.

annum strena petatur, ego quoque mihi servandam eam existimavi. Peto autem ut efficiat apud Majestatem Regiam, quemadmodum ipsa Dominatio Vestra in villis suis patrimonialibus complures animas Christo lucrifecit, ut idem faciendi mihi quoque potestatem in civitate sua Elbingensi, quæ est ecclesiasticæ meæ jurisdictionis, Regia Majestas permittat, ut possim eo mittere, qui purum Dei prædicent evangelium, absque cujusquam impedimento et sathanæ fraudibus seductas animas in viam salutis revocent. Vellem quidem, ut omnes antichristos ex ea profligare liceret, sed si metuitur ne cœlum ruat, posteaquam id Majestas Regia aggressa fuerit, hoc tantum peto, ut in ea Christus quoque possit habere, ubi caput suum reclinet. Quod si conceditur Christianis etiam sub Turcarum tyranno, cur non eadem libertas illis permittatur sub Elbingensibus burgimagistris? qui quum jam annos aliquot sibi pontificiam auctoritatem arrogassent, nunc etiam plusquam regiam usurpant, quum tamen eos subjectos esse regi, non autem sibi regem habere subjectum oporteret, saltem restituant eam ecclesiam legitimo pastori, quæ juris est patronatus regii: si non vult Christi, saltem suam ipsius injuriam rex vindicet, nec quod ejus proprium esse jus nemo dubitat, id eripi sibi patiatur. Hæc si strenæ loco mihi concesso fuerint, ingens accepisse me beneficium interpretabor. Vale. Datum Romæ, 7 januarii, anno 1579.

168

II.

Rex Svecorum ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime princeps, frater et affinis charissime. Queruntur cives aliquot Stocholmenses bona sibi cum navi ab Ernesto Weyer adempta, repetita ante a Joanne Willemans, procuratore suo, nec restituta, quanquam Serenitas Vestra ut restituentur mandasset. Agimus igitur gratias Serenitati Vestrae, quod petitionis civium nostrorum rationem habuerit, referre Serenitati Vestrae, quando usus feret, paratissimi, et rogamus ut Vestra Serenitas prioris mandati memor, cogere velit dictum Ernestum Weyer ad bona restituenda civibus Stocholmensibus, qui ad ea recuperanda procuratorem suum, Joannem Willemans cum plena potestate in Poloniam remittunt, quem ita Serenitati Vestrae commendamus, ut Nos Serenitatis Vestrae subditos semper commendatos habebimus. Deus Opt. Max. Serenitatem Vestram ac totam regiam domum quam diutissime salvam et incolumem conservet. Ex regia nostra Stocholmia, die 15 januarii, anno Domini 1579, et regni nostri undecimo.

III.

Regina Svecorum ad Majestatem Regiam.

Serenissime princeps, frater et affinis charissime. Non possumus non dolere graviter bona subditis nostris ab Ernesto Weyer vi esse adempta, repetita jam ante, nec restituta, quanquam ut restituentur Serenitas Vestra mandasset. Quum enim vis maximarum calamitatum causa esse soleat, tum nullius magis interest, quam Serenitatis Vestrae mandata sua manere rata: itaque rogamus Serenitatem Vestram, ut Joanni Willemans, subditorum nostrorum procuratori, ab Ernesto Weyer bona restitui curet, vel quia per vim eripuit, vel quia Serenitatis Vestrae mandata neglexit. Deus Opt. Max. Serenitatem Vestram interim et semper salvam et incolumem conservet. Datum in regia Stocholmia, die 15 januarii, anno Domini 1579.

IV.

Literæ Elisabethæ reginæ Angliæ ad Stephanum Bathori regem Poloniæ

British Museum: ex mss. bibl. Harlay. 4943.

Elisabetha Dei gratia Angliæ, Franciæ et Hiberniæ Regina, fidei defensor, Serenissimo ac potentissimo principi ac Domino Stephano Dei gratia Poloniæ Regi, magno Duci Littuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Liflandiæ, Duci Siebenburgensi etc., fratri et consanguineo nostro charissimo, salutem cum felicissimo rerum suarum incremento.

Serenissime princeps, frater et consanguinee charissime.

Annus jam est ultimi decembris mensis, 21 die elapsus, ex quo mercatorum nostrorum causam, quæ in libertate commerciorum exercendorum cum antiquorum privilegiorum, et, si necesse sit, novorum etiam et auctiorum donatione, conjunctam, concedenda [versatur], Serenitati Vestræ commendavimus. In quo quidem negotio tam feliciter laboravimus, ut ejusdem libertatis obtinendæ, quatenus cum subditorum vestrorum universique regni bono staret, spem nobis faceret vestra responsio. Quæ singularis vestræ humanitatis significatio facit, ut eandem postulationem iterum renovemus, rogemusque, ut regiæ vestræ concessionis vere regia promissio ad eum finem perducatur, qui in stabilita commerciorum ratione positus, populo vestro non minus commodus, quam subditis nostris gratus futurus est. Quum autem plena negotii consecutio beneficiique, quod petimus, constitutio duo complectatur capita, quorum alterum in ejusdem mercaturæ exercendæ libera concessione, in qua vestrorum nostrorumque hominum utilitas est, alterum in dominorum mercatorum societate debite officioseque ex præscripto earum legum, quæ Regiæ Vestræ Majestatis auctoritate sancientur, et cum regni vestri juribus et consuetudinibus honestis non pugnabunt, regenda, in quo humanæ societatis conservandæ necessitas est (quum qui soluti legibus vivunt, ad omnia incommoda præcipites ruunt), posi-

tum est: ut utrumque caput dominis mercatoribus, subditis nostris, concedatur, a Vestra Serenitate iterum atque iterum postulamus. Accedit praeterea, ut quum Elbingenses, quae civitas est in ostio maris Balthici, eoque mercatorum nostrorum statui perquam commoda et opportuna, sedem apud se commorandique stabile domicilium pro se et mercibus suis dominis mercatoribus nostris, emporiumque sibi constitutum sint concessuri, ut tam benevolum ipsorum in Nos gentemque nostram institutum Vestra Serenitas gratum habeat, et pro ea qua Nos complectitur benevolentia, velit acceptum habere, et suo favore promovere, Serenitatem Vestram etiam atque etiam rogamus (1). Nos interea pro subditis nostris promittimus, atque, ut fiat pro nostra auctoritate, curabimus quod eam Vobis praestabunt et persolvent portoriorum vectigaliumque pensitationem, quae ab antiquis temporibus inclytis Poloniae regibus, antecessoribus vestris, solvi praestarique ex bono et aequo consueverunt, sperantes Vestram Serenitatem nulla nova onera illis aut eorum mercibus impositur~~am~~. Quoniam autem illis, qui has literas perferunt, tanquam mandatariis suis legitimis et a Nobis constitutis universum hoc negotium commissum est et concreditum, rogamus Vestram Serenitatem, ut ab eadem humaniter accepti benigneque auditi, eam referant ad omnia negotiationis suae capita responsionem, quae digna amicitia nostra, digna regnorum nostrorum hinc inde summa conjunctione, gratissima benevolentiae non vulgaris officia posteritati tum vestro, tum nostro propaget. Et Nos tanto honore in causa subditorum nostrorum a Vobis auctae, ob eam̄dem summis quibus possumus in subditos vestros beneficiis excolendo, nullo unquam tempore decrimus. Item Deo Max. precantes, ut Vestram Serenitatem salvam conservet in multos annos beatos et incolumem. Datum ex palatio Westmonasteriensi, die 30 januarii, anno Domini 1579. ~~IV~~ (IV.)

(1) Jest w Muzeum Brytańskiem, bibliotece Harlayańskiéj, tudzież w archiwum państwa (State-paper-office) obszerna korespondencya rządu Polskiego z Angielskim, za panowania Stefana Batorego, kilka lat trwająca z okazyi założenia w Elblągu kompanii handlowéj Angielskiéj. Tę korespondencyą, jako mniéj obchodzącą dzieje Polski, a mogącą w zbiorze naszym zająć zbyt wiele miejsca w stosunku do swéj ważności, na bok odłożyliśmy.

V.

Stephanus, rex Poloniæ, ad electorem Saxoniæ ducem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. I.

Illustrissimo principi, Domino Augusto, etc. amico et affini nostro charissimo, salutem et mutui amoris continuum incrementum.

Illustrissime princeps, amice, affinis noster charissime. Quam Nobis Illustritas Vestra Generosi Achacii, baronis a Dhona, et consortium causam commendavit, in ea nostrum justitiæ munus haud quaquam sinemus desiderari, dummodo illi (quod juris ratio exposcit), vocata in jus adversa parte (qua absente, Nos decernere quidquam æquitas non sinit), sibi jus potius esse in bonis debitorum legitime comprobent. Quod quum facient, enitemur ut intelligant, Nos justitiæ, ad quam maxime commendatio Illustritatis Vestræ, principis Nobis amicitia conjunctissimi, charissimique, accesserit, omnia tribuisse. Illustritatem Vestram recte valere exoptamus. Datum Varsaviæ, die 2 februarii, anno Domini 1579.

VI.
Rex Poloniæ Stephanus ad Julium ducem Brunsvicensem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Illustris princeps, Domine amice et vicine charissime. Ante annum fere redditæ sunt Nobis literæ Cæsareæ Majestatis inscriptæ Illustritati Vestræ: quare quum esset Nobis una exemplum missum a Majestate ejus, intelleximus scribi a Majestate ejus ad Illustritatem Vestram de hæreditate Illustrissimæ quondam principis, Dominæ Sophiæ, ducis Brunsvicensis, quæ hæreditas jure ipso pertinet ad Serenissimas principes et reginas, Poloniæ, conjugem nostram amantissimam, et Sveciæ, affinem nostram charissimam. Ac videbatur quidem Serenissimæ ipsi conjugi nostræ, quæ legatos suos ex intervallo ad Illustritatem Vestram missos, negligentius isthic habitos esse memorabat, statim eas litteras ad Illustritatem Vestram mitti oportuisse. Verum Nos quidem retinendas esse aliquantisper existimavimus, tum quod pro nostra constanti erga vicinos omnes principes benevolentia, urgendum esse tunc Illustritatem Vestram non putabamus, tum vero etiam multo magis, quod ex responso Illustritatis Vestræ intelligebamus, Illustritatem Vestram velle de consilii sui sententia uberius conjugi nostræ de tota ratione ejus hæreditatis paulo post respondere. Nunc quum jam annus decursisset responso Illustritatis Vestræ expectando, non duximus esse negotium diutius differendum. Itaque primum quidem literas Cæsareæ Majestatis Illustritati Vestræ mittimus, deinde autem Illustritatem Vestram peramanter monemus et rogamus, ut quam hæreditatem esse Serenissimæ conjugis nostræ, et res ipsa testatur, et Illustritas Vestra ipsa intelligit, Serenitati ejus reddi jubeat: quod omnino Illustritatem Vestram pro boni principis officio, et pro ea conjunctione, quæ Illustritati Vestræ cum Serenissima conjuge nostra [intercedit, facturam esse minime dubitamus]..... tum non minori sane desiderio tenemur conservandæ bonæ vicinitatis cum Illustritate Vestra. Quæ quidem bonæ vicinitatis bona, quo magis scimus interdum urgentibus istis jurium controversiis vacillare solere, hoc magis curæ fore Illustritati Vestræ Nobis persuademus totum hoc negotium de hæreditate ista Serenissimæ conjugis nostræ ita moderaturam esse, uti decet principem prudentem, et eum, cum quo Nos per hanc occasionem libenter amicitiam instituturi sumus. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Datum.... die.... mensis.... anno (1579) (1).

---

(1) List ten bez daty dnia, miesiąca i roku, dlatego tu umieszczony, iż król pisząc do elektora saskiego 14 kwietnia 1578 roku powiada, że otrzymał list od cesarza do Juliusza, xięcia Brunszwickiego, a powyższy od tego zaczyna, że tenże list trzymał u siebie prawie przez rok, nim mu go posłał. Najpodobniejsza do prawdy, że go pisał przed samym wyjazdem z Warszawy do Wilna.

~~Idem ad Joannem Fridericum, Pomeraniæ ducem.~~

~~Illustris princeps, Domine affinis Nobis charissime.~~

VII.

Idem ducibus Pomeraniæ.

Illustres principes, amici, affines et vicini Nobis charissimi. Non mediocrem animo cepimus molestiam ex earum injuriarum varietate, de qua et Illustritates Vestræ apud Nos per literas paucis ante diebus conquestæ sunt, et subditi vicissim nostri gravius etiam de possessionibus suis ab Illustritatum Vestrarum præfectis et subditis ejici, homines pulsari alios, alios vinciri, et prope hostilem in modum captos abduci, quotidie conqueruntur. Nostrum sane studium in retinenda cum omnibus vicinitatibus potissimum conjunctione atque concordia, confidimus obscurum non esse: ac jam ad Cæsaream Majestatem nuntium nostrum, et alium ad Illustrissimum marchionem electorem misimus, de finibus per commissarios regundorum, et controversiarum inter finitimos nostros, ac ejusdem Majestatis et Illustritatis subditos dijudicandarum causa. Itaque cuperemus, ut eadem ratione inter regnum quoque ac ditionem Illustritatum Vestrarum et fines regerentur, et subditis utriusque partis jus redderetur. Quod si id omni ex parte statim perfici non posset, ut saltem ad eum locum, ubi hæ sunt altercationes, quamprimum cuperemus commissarios mittere, qui de omnibus querelis ac controversiis sine dilatione cognoscant, et eas aut prorsus dirimant, aut, donec aliquid perpetuum statuatur, ad tempus æquabili ratione componant: dummodo Nos Illustritates Vestræ scire quamprimum faciant, se eadem mittendi commissarios ~~[illegible]~~ suos, [ut Nos] sumus, voluntate esse, quod simul atque intellexerimus, Illustritates Vestras de tempore celeriter, quo nostri commissarii in ea loca perventuri sint, faciemus certiores, nihilque prætermittemus, quod non modo ad retinendam, sed et ad amplificandam pristinam vicinitatem, Nobiscum et cum regno nostro conjunctionem existimabimus pertinere. Illustritates Vestras recte valere cupimus. Datum Bielscii, die 7 februarii, anno Domini (1579) (1), regni vero nostri anno tertio.

VII. (1) List ten jest z mylną datą 1578. Wzmianka w nim o poselstwie do cesarza mylności jej wskazuje, bo instrukcya xiędzu Podoskiemu dana była 30 grudnia 1578 roku. Pisał go król w drodze z Warszawy przez Bielsk, Grodno do Wilna.

Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus. ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Quas proxime de rationibus Neapolitanis Serenissimæ reginæ conditiones obtuleram, eæ si non plane repudiantur, non ea certe, qua ego existimaram, animi voluntate excipiuntur; quorum hominum consilio id agatur, S. Regia Majestas, quum pro longo rerum usu, tum pro sua singulari prudentia, facilius suspicari poterit, quam ego rudis et alienus homo tam parvo tempore conjicere. Ego, etsi omnia alia in hac ratione me ~~fugiunt~~ fugerint, illud quidem certe apud omnes bonos assecutum existimo, ut nullus sanæ mentis aliter sentire et loqui possit, quam me in iis omnibus nihil magis spectasse, quam ut dignitati et commodis Reginalis Majestatis inservirem, nihil studiosius cavisse, quam ut illam ipsam Reginalem Majestatem facto meo in fraudem aliquam inducerem. Ipsa tamen, quum ego sub discessum S. Regiæ Majestatis Vestræ sententiam illius ea in re exquirerem, dixit sibi hactenus non liquere, amplius deliberaturam. Hoc si ea Venetorum consuetudine interpretandum est, qui, quum quid minus concedere velint, tunc se maturius cogitaturos respondent, omnis prorsus totius negotii conficiendi spes abjicienda est, [et si] huc adactum est, ut interea juris peritissimi consulantur, quum illis ipsis parum expediat controversias ejusmodi ~~tolli~~ tolli: quid in medium allaturi sint, facile est unicuique dijudicare. Verum enimvero, quicquid evenerit, ego plane æqui bonique consulam.

Nos hic ex summa hominum frequentia ad summam solitudinem redacti sumus, quando et is, qui pro sua humanitate et urbanitate plurimorum vices implebat, a nobis recessit, Reverendissimus D. episcopus Præmisliensis, Lovitium ad archiepiscopum scilicet, et præterea ad prædia sua nescio qua. Praga nihil dum ad me literarum allatum est, nedum ex urbe.... Expectabam in horas tabellarium, quem Magnificus D. cancellarius in Italiam per equos dispositos transmissurum se pollicitus erat.

Quod S. Regia Majestas Vestra ad amplissimum dignitatis atque auctoritatis gradum Magnificum D. palatinum Podoliæ, pro hominis singulari virtute ac fide, et pro totius regni tranquillitate ac beneficio, sapientissime haud ita pridem evexerit, ægerrime tulerunt nonnulli, et ii potissimum, qui suis turpissimis cupiditatibus ea ratione satis interclusam esse viam existimant, et quod illos pessime urit, non modo tantum honoris fastigium perpetuo, sed literis etiam aureis conscriptum diploma homini delatum ultro dictitant. Deus omnipotens dissipet eorum mala consilia, et diutissime servet nobis incolumem S. Regiam Majestatem Vestram, cui me ipsum ac officia et servitia quam humillime commendo. Datum Varsaviæ, die 9 februarii, anno Domini 1579.

IX.

Rex Stephanus ad Georgium Ticinium.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Venerabilis, devote, Nobis dilecte. Pergratum Nobis accidit, quod studio Reverendi D. Claudii Gonzagæ conjuncto cum cura Dominationis Tuæ effectum est, ut qui arte muniendorum locorum præstare, et multo exploratoque ejus fabricæ usu præditus esse dicitur, D. Rudolphinus, animum ad navandam Nobis operam adjecerit, et se conferre ad Nos constituerit: quod ut quam celerrime faciat, Dominatio Tua omne studium, operam, curam, diligentiamque adhibebit, neque enim unquam ejus usus Nobis magis videtur esse necessarius futurus, quam hoc tempore, quod belli administrationem jam suscepimus, quodque referret Nos, cum eo quæ cupimus communicata ac probe considerata habere. Itaque Dominatio Tua in hoc omnem operam suam, diligentiamque consumet, ut illum Nobis quamprimum sistat. Nomine dignitatis illi defuturi non sumus, neque recusamus, quin, quo stipendio illi satisfieri Dominatio Tua existimat, quinquagenis scilicet aut sexagenis taleris menstruis, suppeditemus, quas præterea operas secum adducere cogitat, et his justa stipendia decernemus. Quod vero ipsi, comitatuique ejus in via sumptum sit, Dominatio Tua administrabit. Datum Vilnæ, die 10 februarii, anno 1579. regni vero nostri anno tertio.

Dux Juliacensis Majestati Regiæ.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. II.

Serenissime Rex, Domine observandissime.

Quum ex literis Serenitatis Vestræ, et ex diligenti relatione dilecti nostri, fidelis Theodorici Knippemuck, consiliarii et præfecti nostri Hamonensis, proxime certis de causis Illustrissimum principem, Dominum Albertum Fridericum, marchionem Brandeburgensem, in Prussia ducem, fidelem Serenitatis Vestræ vasallum, generum vero nostrum dilectum, filiamque nostram charissimam, ejus conjugem, concernentibus, ad Serenitatem Vestram a nobis ablegati, abunde intelleximus, quam vero regio animo, ac summa eaque paterna benevolentia in omnibus istis tractationibus, quæ Serenitati Vestræ cum Illustrissimo principe, Domino Georgio Friderico, marchione Brandeburgense ab Anspach, de curatione Illustrissimi ducis Prussiæ, in tam acerbo casu et adversissima Illustritatis ejus valetudine, intercesserunt, magnam et præcipuam rationem Serenitas Vestra habuerit, quum prædictorum ducis et ducissæ Prussiæ, tum vero nostri ipsius, quod quidem vel ex eo maxime nobis confirmatur, et persuasum est, quod Serenitas Vestra, uti prædictus noster legatus addidit, inter cætera apud Dominum marchionem ab Anspach supradictum etiam hoc effecerit, quo ducissæ Prussiæ, filiæ nostræ prædictæ, ad vitæ ipsius tempora supra dotem constitutam, de rebus propter nuptias assignatis, una præfecturarum, Risenburgum seu Preusmarcum, cum omnibus ejusdem præfecturæ pertinentiis, obventionibus, reditibus, emolumentis et juribus quibuscumque, pro majori ejus dignitate, necnon vitæ, statusque et conditionis commoditate, et ad moestitiæ ipsius levamen habenda, tuenda et possidenda concedatur atque permittatur. Qua de tanta et pro tam singulari erga nos, filiamque nostram, favore et paterna benevolentia Serenitati Vestræ immortales agimus gratias, nihilque magis optamus, quam ut aliquo saltem obsequio ac officiorum genere Serenitati Vestræ vicissim commodari, vel usui esse possemus. Et licet non dubitamus, quin Serenitas Vestra eo heroico et paterno animo, quo generum filiamque nostram, ducem et ducissam Prussiæ, in hoc rerum afflictarum deplorando statu, in tutelam et curam suscepit, deinceps quoque, et quoties opus fuerit, commendatos sibi habitura, atque operam datura, ut quod semel in prædicto curationis negotio a Serenitate Vestræ in genere vel in specie definitum ac declaratum est, ad debitum quoque perducatur effectum. Tamen et naturalis, quum erga generum, tum vero filiam nostram affectio et ipsius causæ qualitas nos permovet Serenitatem Vestram per hasce literas iterum demisse et humiliter interpellare, illud cumprimis obnixe et multum in modum rogantes, ut Serenitas Vestra pro regia sua et ea quam habet in ducatum Prussiæ directi dominii auctoritate, Illustrissimum Dominum ab Anspach admonere atque hortari dignetur, ut quod a Serenitate Vestra de concedenda et permittenda una præfecturarum prædictarum statutum et declaratum est, sine mora seu tergiversatione exequi, nec non in reliquis articulis et conditionibus demandatæ curæ summam rationem dignitatis et commoditatis prædictorum principum Prussiæ habere velit: quod ipsam Illustritatem suam pro singulari

animi bonitate, ac summa erga nos, ac principes Prussiæ necessitudine et affinitate, etiam sponte et perlubenter facturam omnino speramus atque confidimus. Interea Deum Opt. Max. oramus, ut Serenitatem Vestram quum preclarissimo Poloniæ regno, tum vero Prussiæ Ducatui, nobis ac genero, filiaque et nepotibus nostris, pro sua immensa bonitate et misericordia, quam diutissime incolumem servat. Datum in civitate nostra Dusseldorpensi, pridie iduum februarii, anno Domini 1579.

Guillelmus dux Juliacensis.

XI.

Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus, ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Ex literis Reverendissimi Domini vicecancellarii, quod mihi longe gratissimum fuit, cognovi S. Regiam Majestatem Vestram bene valere, et rem in venationibus istis Lithuanicis adeo prospere succedere, ut uno die novem ferocissimos bisontes confecerit. Qua in re non possum quum felicitatem Regiæ Majestatis Vestræ, tum animi fortitudinem satis non admirari: quum enim Virgilius poeta egregiis carminibus Aeneam, Trojanorum regem, propterea in coelum tulerit, quod uno die cervos septem arcu et sagitta straverit, quibus tandem laudum præconiis tollendus celebrandusque nobis esset Polonorum rex, qui non timidos cervos, sed valentissimos bisontes, non septem, sed numero novem, unius diei venatiuncula præsenti animo fortissime confoderit? Verum nos, qui carminibus non valemus, id ita, ut coeleste signum, et futurarum victoriarum indubitatum ~~argumentum~~ augurium interpretabimur. Quemadmodum superbissimas et turpissimas bestias nullo fere negotio, parvo temporis spatio Majestas Vestra acerrime de medio sustulit, pari facilitate et felicitate, spurcissimas omnium hæresum et perduellionum colluviones brevi tempore exhauriet et deterget, regnumque hoc suum amplissimum et nobilissimum in veterem dignitatem et auctoritatem præstantissima animi et corporis sui virtute, Deo adjutore, propediem vindicabit. Quod autem ejusmodi venationis Lithuanicæ, quemadmodum alias et Polonicæ, primitias beato Petro, apostolum principi, per me legatum apostolicum, offerri voluerit, satis aperte S. Regia Majestas Vestra declarat, quæ sit ejus in Deum immortalem et in sanctos cum Deo regnantes pietas et fides, elucetque præcipuum et singulare quoddam regii ejus animi in Sanctissimam Sedem Apostolicam studium et observantia. Quibus pro meritis ille idem beatus Petrus apostolus et fortiter depugnanti regi inter confertissimos hostes suo numine præsens aderit, et ad tot populorum, tantamque hujus regni molem optime et sanctissime regendam et sustinendam, et separatim, et in procerum conciliis, conventuque salutaria inprimis, et expeditissima quæque consilia subministrabit. Ego quidem certe pro mea virili parte illud idem a summo Deo, eodem sanctissimo Jesu Christi apostolo interprete, vigiliis, precibus et perpetuis sacrificiis contendere non intermittam.

Datum Varsaviæ, die 13 mensis februarii, anno Domini 1579.

XII. Responsum a Statibus Prussiæ regiis nuntiis in Comitiis Culmæ habitis datum (1)

Teka Naruszewicza ~~93~~ 87. 2. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 32.

Principio agunt Sacræ Regiæ Majestati, Domino nostro clementissimo, Status et Ordines Terrarum Prussiæ magnas et immortales gratias, quod pro regia sua et vera paterna sollicitudine, more divorum antecessorum, legatos suos ex primariis senatoribus ad Ordines harum Terrarum non tantum ablegare, sed privilegiorum etiam ac libertatum indemnitatem et conservationem clementissime polliceri dignata fuerit, majorem in modum ac submisse rogantes, ut eam voluntatem erga fideles suos et obsequentissimos subditos perpetuo clementissime retinere dignetur.

Quod deinde accusantur, quasi privata auctoritate sibi conventus in hisce Terris indixerint, et post peracta proxima regni Varsaviensia comitia aliquoties privatim convenerint, ac rationes suas consiliaque sua a rationibus consiliisque regni sejunxerint, in eo se non tantum culpa, sed suspicione etiam culpæ vacare omnino existimant, quum post peracta proxima Varsaviensia comitia, ~~aliquoties privatim convenerint, ac rationes suas consiliaque sua a rationibus consiliisque regni sejunxerint, in eo se non tantum culpa, sed suspicione etiam culpæ vacare omnino existimant, quum post peracta proxima Varsaviensia comitia~~, ipsa Majestas Regia Ordinibus harum Terrarum conventum publicum Graudentum indixerit, eoque legatum suum, Generosum Joannem Budzinium miserit, qui vero quum contra morem hactenus in hisce Terris observatum, capitibus legationis minime propositis, indictus fuisset, factum est ut non tantum nobilitatis, sed civitatum etiam internuntii, eo, sine certo mandato ad audiendam

---

XII. (1) Posłami królewskimi na sejm prowincyonalny Pruski w Chełmnie przy końcu stycznia zebrany, byli Stanisław Karnkowski, biskup Kujawski, i Szymon Szczawiński, kasztelan Inowłodzki, do których pod koniec sejmu przybył Jan ze Służewa, wojewoda Brzesko-kujawski. Żądali od Stanów przyjęcia uchwał ostatniego sejmu Warszawskiego, co do poborów i najwyższego trybunału. Aby się obywatele Pruscy nie zasłaniali od poborów wycięczeniem prowincyi przez wojnę z Gdańskiem, przywodził im Karnkowski na pamięć przykład Rusi i Podola, które, lubo co roku prawie łupione przez Tatarów, nie uchylają się jednak od płacenia uchwalonych na sejmie podatków. Z czem odprawiono posłów królewskich, dowiedzieć się można z powyższej odpowiedzi danej im 14 lutego. Nie od rzeczy tu będzie dodać, że biskup Karnkowski ani po łacinie, ani po niemiecku, jak od niego żądano, na tym sejmie przemawiać nie chciał.

saltem legationem et postulata Sacræ Majestatis Regiæ venirent, et ea iis, a quibus ablegati fuerant, temporis spatio ad deliberandum aliquantisper prorogato, referrent, quod necessario fieri oportuit, si responsum aliquod Domino legato, vel ipsi potius Majestati Regiæ dandum fuit, idque non privata aliqua auctoritate, vel in contemptum aut vilipendium Sacræ Majestatis Regiæ, quod ab illis abfuit, aberitque semper longissime, sed publice, legato Majestatis Regiæ præsente, factum est, literæ etiam ea de re ad Majestatem Regiam datæ sunt, quibus de illo pernecessario instituto suo Majestatem ejus certiorem reddiderunt, neque hactenus intelligere potuerunt animum Majestatis Regiæ ea re offensum fuisse. Postea non convenerunt, nisi ad Divi Michaelis festum, quando illis libertas conveniendi constitutionibus et legibus publicis permittitur, quæ frustra illis datæ et concessæ fuissent, nisi separata consilia de Reipublicæ rationibus, extra regni conventus et comitia, pro rerum et temporum conditione suscipienda essent, frustra hactenus ad eos conventus Serenissimi Poloniæ reges, legatos et oratores suos misissent, irrita denique essent omnia, quæ per tot annos in illis conventibus sancita et religiose constituta sunt. Quum vero diversam eorum omnium rationem esse intelligant, demississimis verbis rogant, ne ea re a majoribus supra hominum memoriam usurpata offendatur animus regius, sed eo potius inducatur, ut eos penes suas leges, constitutiones et hactenus sine aliqua offensione observatas consuetudines clementissime conservare et tueri dignetur.

Ad judiciorum formam quod attinet, eam sibi Ordines harum Terrarum non minus, quam ceteris regni palatinatibus deberi, propter multas, easque probabiles causas existimant. Primo, quod ex præscripto communis privilegii ad usum et participationem omnium honorum, jurium, libertatum et prerogativarum, quibus prælati, barones et nobiles regni Poloniæ potiuntur, ipsi etiam admittantur, annectantur et includantur. Deinde, quod sibi eam judiciorum formam non tantum interregnorum temporibus, ignari prorsus constitutionis interregnalis regni, ipsis ex compromisso tantum constituerint, sed cum harum Terrarum insigni quoque emolumento usurpaverint, quam postea Sacra Regia Majestas, uti ceteris palatinatibus omnibus, ita huic etiam provinciæ juramento suo religiose sanxisse videtur, præterquam quod ea judicandi ratione antehac per multorum annorum spatium usi sint, regiæ quoque auctoritati nihil detrahatur, et ex illis difficultates in cancellaria objiciantur, quas non vident quomodo diutius sine extremo rerum suarum et juris peculiaris discrimine tolerare possint, ob cujus quoque juris in ordinem digerendi rationem, aliquot docti viri ex Ordinum harum Terrarum numero, quemadmodum etiam ex ducali Prussia, convenire quamprimum constituerunt. Et rogant ne ea re Majestatis Regiæ animus, quemadmodum sibi omnino persuadent, offendatur, quum id et sæpius antehac divis regibus permittentibus, factum sit.)

(Nec dubitant quin Sacra Majestas Regia id toti huic provinciæ clementissime

concessura sit, quod peculiaribus aliquot palatinatibus sine ulla refragatione benignissime concessit.
Veniunt nunc ad defensionis Reipublicæ rationem, circa quam illos non tam tributi, vel pecuniæ magnitudo, quam leges et consuetudines patriæ movent, quarum vigore nunquam simul cum incolis regni, ex præscripto decretorum et constitutionum regni, sed pro more in hisce Terris supra hominum memoriam observato collationes fecerunt. Eum morem si adhuc observare et leges patrias retinere contendunt, nullam propterea a regno seperationem vel dismembrationem quærere videntur. Cupere enim Reipublicæ suo, eoque legitimo modo, pro facultatum suarum et justæ proportionis ratione, subvenire, non est separationem a regno quærere, sed subjectionem potius suam et fidem Majestati Regiæ debitam humillime testari. Neque existimant ea re Sacræ Majestatis Regiæ animum offendi posse, quum is non offendat, qui officium suum facit, sed qui admonitus, nullis adductis legitimis rationibus, officium facere detrectat. Sacra autem Regia Majestas memoria complecti clementissime dignabitur, quum ad harum Terrarum Ordines oratorem suum Graudentum misisset, illos non separationem a regno, sed quomodo Majestati Regiæ subjectionem suam constanter probarent, cogitasse, oblatis in Reipublicæ subsidium ad retundendas immanis illius tyranni et perpetui hostis Mosci vires, quinquaginta florenorum millibus. Ea porro spe humillime facta, ubi de progressu et belli rationibus adversus Moscum suscepti, explorate cognovissent, in se quoque nihil desiderari passuros esse, quemadmodum et nunc, ubi de suscepto Majestatis Regiæ in Lithuaniam itinere cognoverunt, in se nihil desiderari patiuntur, sed in usum illius belli pro quinquaginta florenorum millibus promissis, centum florenorum millia pro fidelium subditorum officio submisse offerunt, ita ut integram illam summam ad Divi Martini festum proximum, vel si id usus et necessitas Majestatis Regiæ exegerint, mediam ejus partem ad diem Divo Stanislao sacram conferant, et episcopatus Varmiensis, tanquam harum Terrarum membrum, in ea summa comprehendatur, cujus incolas Majestas Regia hortari clementissime dignabitur, ne se a communione corporis ulla ratione segregent, sed nobiscum simul Reipublicæ necessitatibus subveniant. Idque sincero studio faciunt, sicut et antehac statim post felicem Sacræ Regiæ Majestatis in has Terras adventum, indictis Torunensibus comitiis non contemnendam pecuniæ summam humillimo gratificandi studio, ut de cetero jam nihil dicant, ad retinenda potissimum et confirmanda privilegia atque jura sua, et declarandum jusjurandum Sacræ Majestatis Regiæ submisse obtulerunt, quamvis hactenus neutrum obtinuerint. Quare nunc iterum Majestatem Regiam humillimis ac ~~clementissimis~~ demississimis precibus rogant, ut tandem Ordinum harum Terrarum miserata, et declarationem juramenti sui regii et privilegiorum confirmationem in ~~consuetu~~ consueta et a divis antecessoribus usurpata forma, ..., et Terrarum jam pridem oblata gravamina, seorsim vero telonia recens introducta ad Montem Album et in conspectu Torunensis civitatis, Dibovia, tollere et

~~et~~ abrogare clementissime dignetur, ne animum ancipitem et dubium, ob rem illis alias debitam et a nullo divorum antecessorum negatam, maximo cum suo mœrore gerere cogantur.

Quod vero Sacra Majestas Regia rebus hisce dubiis modum aliquem statuere, et difficultatibus atque incommodis omnibus supremam tandem manum imponere clementissime cupiat, eo nomine Majestati harum Terrarum Ordines immortales agunt gratias, sed demisse tamen rogant, ut ea rerum dubiarum compositio, ex præscripto communis privilegii harum Terrarum de causis notabilibus, instituatur, ut ipsa Majestas Regia res illas dubias clementissime excutiat, et eas cum communi consiliariorum harum Terrarum consilio ipsa terminet, tractet et definiat, neque eos judices constituat, qui harum Terrarum privilegia in dubium paucis retroactis annis vocarunt ipsi, et nobis non pro judicibus, sed fratribus et membris unius corporis habentur. Quod quum non sit cuniculis vel anfractibus agere, neque obliquo, sed recto tramite atque via incedere, quod unicum illorum semper fuit studium, Majestatem Regiam id quoque clementissime facturam esse plane confidunt, atque ut faciat humillimis ac demississimis verbis majorem in modum rogant, nihil ambigentes, quin, ubi ea omnia ad eum modum instituta et perfecta fuerint, res omnes, quæ hactenus fortassis visæ sunt dubiæ, cum summo communis Reipublicæ commodo et emolumento planæ et perspicuæ fiant. Quod superest, rogant Reverendissimum et Magnificum Dominos legatos, ut paratissima ipsorum fidei et subjectionis obsequia Sacræ Majestati Regiæ ipsorum verbis haud gravate deferre velint, id ipsi omni studiorum et officiorum genere vicissim promereri conabuntur.

Præter hæc demississime rogant, ut Sacra Majestas Regia in usum palatinatus Culmensis judicem terrestrem ejus palatinatus jam pridem electum, nobilem Philippum Pleminski, pro regia clementia benignissime confirmare dignetur. Præterea quum incolæ harum Terrarum ab incolis regni inusitatis citationibus, quæ per nuntios terrestres regni, quos generales vocant, in has Terras adferuntur, et plerisque etiam ignaris objiciuntur et obtruduntur, ac lato ea de re in aulam Majestatis Regiæ testimonio, decreta adversus homines prorsus innocentes et nunquam in jus vocatos, quasi contumaciter emansissent, feruntur, humillime rogant, ut ab eo etiam onere liberati, nuntiis illis terrestribus regni generalibus interdicatur, ne falcem in alienam messem mittant, et ut harum Terrarum incolis, pro veteri more et supra hominum memoriam observata consuetudine, citationes per harum Terrarum peculiares nuntios tantum legitimo modo insinuentur et exhibeantur, et ne illi quoque potestatem sibi sumant, quemquam indicta causa, sine legitima cognitione et præcedente citatione in bona alterius immittendi. Quod quemadmodum per se est legitimum et juri atque æquitati ipsi admodum conveniens, ita etiam ea in parte de clementia et benignitate regia nihil dubitabunt. In quorum omnium fidem et evidens earum rerum omnium testimonium, harum Terrarum sigillum præsentibus est appressum. Actum et datum in conventu Culmensi 1579.

XIII.

Protestatio secretarii regis Galliæ coram Cæsare.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Guilielmus Ancelius, Christianissimi et Serenissimi Henrici, Galliæ et Poloniæ regis, secretarius atque interpres, Christianissimæ suæ Majestatis nomine, coram Deo Opt. Max. Cæsareaque Majestate Vestra protestatur, præpositi Gnesnensis, Lucæ Podoski, a principe Transilvaniæ, Rempublicam Polonam ultro gerente, huc delegati, hodie 15 februarii inter alios regios oratores in Cæsareæ Majestatis Vestræ sacello comparitionem, aut alium quemvis ejusmodi actum Christianissimæ suæ Majestatis juribus, quæ in regnum Poloniæ, Magnum ducatum Lithuaniæ, cæterasque annexas provincias sibi divinitus tributa ac concessa sunt, nullum penitus detrimentum, neque præjudicium afferre posse. Re vera enim atque optimo jure Christianissima sua Majestas rex est Poloniæ, dux Lithuaniæ, etc. neque præter eam in orbe terrarum alius agnosci debet. Datum Pragæ, die 15 februarii, anno Domini 1579.

XIV.

Augustus dux Saxoniæ ad Sacram Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime Rex. Serenitati Regiæ Vestræ salutem dicimus, et operam nostram in omni officiorum genere paratissimam offerimus. Domine et affinis noster plurimum observande.

Quum ipsum Dominum Joannem Buzenski, secretarium et aulicum Serenitatis Vestræ Regiæ, dignissimum per se libentissime vidimus, tum illum audientes Serenitatem Vestram Regiam visi sumus audire exponentem nobis, et in vindicanda innocentia a tyrannide et injusta vi oppressa magnanimitatem, et in consiliis prudentiam, et in conservandis bonæ vicinitatis juribus egregiam voluntatem Serenitatis Regiæ Vestræ, cui nos ita respondimus, ut facile inde possit intelligi de justitia et æquitate Serenitatis Regiæ Vestræ nos plane confidere, ac juxta Imperii Germanici leges et constitutiones, pro nostra erga Serenitatem Regiam Vestram perpetua observantia omnia libenter facturos esse; quæ Serenitatem Vestram Regiam velle animadvertimus, de quibus ideo paucioribus verbis scribimus, quod hæc omnia pluribus ex Domino Joanne Buzenski optime cognoscet Serenitas Regia Vestra, quam rectissime valere et rerum successu felicissimo uti, ac nos, ut instituit, perpetuo amare, vehementer etiam atque etiam cupimus. Datum Torgaviæ, die 16 februarii, anno 1579.

XV.

Responsum Sacræ Majestatis Regiæ nuntio, Illustrissimi principis Saxoniæ ducis, ad quædam legationis capita.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

In mandatis Serenissimi Polonorum regis post commemorationem benevolentiæ regiæ et explanationem consiliorum de bello in Moschum decreto, quatuor precipue fuerunt capita, quorum primo curæ Illustrissimi Saxoniæ ducis, electoris, committebatur, ut inter Imperium Germanicum et regnum Poloniæ jura bonæ vicinitatis, jam olim sancita, sarta tectaque meneant. Altero capite Serenissimus Poloniæ rex petebat, ut Serenitati ejus, postulante ita necessitate, in terris Illustrissimo Saxoniæ duci subjectis peditum scribere permittatur. Tertio deinceps loco, ut Illustrissima Excellentia ejus ex armamentario suo quatuor tormenta

majora muralia, additis quadringenis globis ferreis, et pulvere nitrato quantum satis esset, Serenitati Regiæ impertiatur, pro quibus Serenitas ejus Regia vel numerata pecunia, vel alio modo Excellentiæ ejus satisfactura esset. Quarto et ultimo, ut his periti tormentorum magistri adderentur, quibus Serenitas ejus Regia numeratura stipendia et eosdem, quum debellatum esset, benigne dimissura foret. His itque summatim intellectis, magnitudo negotii postulabat, ut de singulis cogitaretur accuratius ac diligentius.

Etsi autem Illustrissimus Saxoniæ dux, elector, etiam maturius respondere ad hæc cupiebat, tamen propter alia negotia, quæ jam gravissima in manibus habet, mora non nihil longior intercessit, de qua ut Excellentiam ejus Dominus legatus excusatum habeat, benigne petit et recordatur studii atque officii sui erga Serenissimum Poloniæ regem declarandi et gratificandi cognato principi causa, legatos anno præterito ad Serenitatem Regiam a se missos esse, quam rem Serenitati Regiæ gratam fuisse: et Excellentia ejus in numerum eorum principum, quos Serenitas ejus Regia pro amicissimis habet, receptum esse lætatur, et ut egregium hunc erga se animum Serenissimus Poloniæ rex conservet et retineat, amanter rogat, eidemque mutuo omnia gratissimi principis studia pollicetur: nec jam primum ex oratione Domini legati, sed multorum etiam antehac literis et crebris nuntiis Illustrissimus dux Saxoniæ, elector, perinvitus cognovit, cujusmodi tyrranidem et inauditam sævitiam Moscus in miseros Livones exerceat, quantas strages et vastitates illis in locis igne et ferro edat, utque homines miseros, ut acerbissimis cruciatibus subactos et excarnificatos crudelissime vita spoliet, aut vivos in ærumnosam et morte intolerabiliorem servitutem abducat. Hac calamitate afflictissimorum hominum Serenissimum Polonorum regem tangi et moveri, eaque consilia agitare, quibus ab innocentibus christiani nominis hominibus invictissima vis et tyrannis depellatur: id vero Serenitati ejus Regiæ ad omnem posteritatem laudabile erit. Adeoque Illustrissimus dux Saxoniæ, elector, hos pios et vere regios conatus piis votis prosequitur, et ex animo optat, ut salutare hoc institutum Reipublicæ christianæ feliciter eveniat. Quumque Serenitas ejus Regia ab Illustrissimo Saxoniæ duce, electore, petat, ut interim, dum bellum extra regnum Poloniæ Serenitas ejus Regia facit, Illustrissima Celsitudo ejus curet pacta fœdera inter Imperium Germanicum et regnum Poloniæ domi sarta tectaque conservari, utique eam justissimique regis mentem esse cognovit, ut pro gloria et ad vindicandam injustam tyrannidem, potius justissima arma induere, quam ut Sacro Romano Imperio quicquam expeditione hac detractum, aut cujusquam alterius jus in solo Livonico imminutum esse velit. Et quia Illustrissimus dux Saxoniæ, elector, vetustæ illius conjunctionis et amicitiæ, quæ multis retro annis potentissimis Germanorum et Polonorum populis intecessit, perpetuo conservandæ studiosissimus et cupidissimus est: itaque Illustrissima Excellentia ejus non ita ante multum temporis una cum

Illustrissimo electore Brandeburgico de renovandis antiquis illis bonæ vicinitatis juribus Serenitatem Regiam per homines fidos amantissime monuit, nihilque etiam posthac in se desiderari patietur, quod ad firmandum et arctissime constringendum, quasi vincula illa bonæ vicinitatis atque sanctissimæ amicitiæ conducere videbitur, et interim tantum regnum ut semper antea, ita nunc quoque commendatissimum sibi habebit.

Porro de milite in Germania colligendo certæ sanctiones et leges per Imperium Germanicum promulgatæ sunt, quæ jubent eos, qui vel pedites, vel equites scribere volunt, a Domino imperatore rescripta et literas, quas patentes vocant, impetrare, neque alias ulli absque literis fas est militem ex Germania ducere. His constitutionibus, quas Sacra Cæsarea Majestas communiri procerum suffragatione tulit, et Ordines Imperii universi, et hic quoque dux Saxoniæ, elector, sanctissime tueri et conservare promiserunt, Illustrissima Excellentia ita constringitur, ut quamvis plane et sine omni exceptione gratificari Serenitati Regiæ cupiat, tamen illud, salvis Imperii juribus, ac integra et illæsa dignitate personæ ejus, quam inter præcipuos Germaniæ principes sustinet, aliter præstare non possit, quam si Serenitas Regia se constitutionibus his accommodet. Quam primum igitur Serenissimus Polonorum rex literas imperatorias juxta præscriptam Imperii legem, quam certum est Serenitas Regia pro justitia et æquitate sua violari non velle, exhibuerit, Illustrissima Excellentia ejus non tantum libentissime militem in ditionibus suis scribi patietur, et magistris tormentorum, ut castra sequantur regia, permittet, sed machinas quoque bellicas cum reliquo apparatu necessario, ita uti convenerit, et ad eum modum quo petitum fuit, Serenitati Regiæ impartietur.

Hoc unum igitur restat, ut Serenissimus Polonorum rex literas ejusmodi imperatorias expediat, et, inspectis his, reliqua, quæ ad hoc conficiendum pertinent, transigat.

Postremo ad pecuniarum negotium quod attinet, quod a Domino legato seorsim expositum fuit, sperat et optat Illustrissimus dux Saxoniæ, elector, eos belli hujus optimo consilio suscepti, successus futuros, ut et cito et feliciter ad exitum optatum perducatur, ita ut ære alieno Serenitati Regiæ opus non sit futurum. Interea de re tota considerabit Illustrissima Celsitudo ejus diligenter, et si forte ad eam certum aliquid posthac a Serenitate Regia perscribetur, quid fieri possit declarabit. Signatum Torgaviæ, die 16 februarii, anno 1579.

XVI.

Paulo Uchański, regis Poloniæ apud pontificem oratori, sufficitur Petrus Dunin Wolski, episcopus Plocensis (1).

Rex Poloniæ ad Paulum Uchanium.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Quum Fidelitati Tuæ legationem ad S. D. N. commendaremus, facturam judicavimus, ut pro commendatione quorundam consiliariorum nostrorum, atque adeo fide, officioque su eam rem ex mandato nostro, nostraque, regnique dignitate administratura esset, in quo Nobis a Fidelitate Tua minime satisfieri, iniquissimo, ut debemus, patimur animo. Qu enim committi potuit ad dedecus indignitatemque nostram, ac regni gravius, quam quod Fidelitas Tua, suscepta a Nobis legationis summa, totum jam annum in ea ita versetu ut quo ocissime oportebat, nondum pervenerit, hæreatque in itinere in ipsis orbis terra rum oculis, quidvis potius agens, quam mandatis nostris obtemperans, cum summa n minis nostri indignitate, atque omnium prope ludibrio, vocatam jam pene in fabulam et scenam legatione nostra: quo de facto Nobis et regno reddenda Fidelitatis Tuæ rati posthac erit. Hoc vero tempore, quo hæc jam diutius ferri tam insignis indignitas non potest, per hasce nostras literas Fidelitati Tuæ legati munus abrogamus, ipsam ab e abire, et privatam esse jubemus, notamusque severe, ne quid lectis hisce literis nostri suscipiat, tractet, agat, quod ad nomen munusque ullum legati nostri ad pontificem maximum pertineat, res suas, si velit, habeat, curetque, ac sciat, alium a Nobis ad S. D. N. designatum oratorem proficisci. Hæc contra Fidelitas Tua gravioris in gnationis nostræ causa facere non ausit. Datum Grodnæ, die 21 februarii, anno Domini 1579.

XVI (1) List ten datowany z Grodna 16 lutego 1579 roku, znajduje się w zbiorze Theinera: Annales Ecclesiastici, etc. Romæ, 1856, t. III, p. 61. Król zniecierpliwiony powolnością Uchańskiego, mianował za naleganiem nuncyusza Caligari na jego miejsce biskupa Wolskiego: ale nim ten do Rzymu ~~dojechał~~ się wybrał, tamten swe poselstwo odbył.

XVII.

Attestatio regis Stephani de titulo comitum Dominis a Rozrazewo a Boleslao Pudico anno 1270 concesso.

Teka Naruszewicza ~~93~~ 87 3. – Ex Herald. Paprocii.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, etc. Significamus nostris hisce literis universis et singulis quorum interest. Quod quum familiæ ac generis illustrium comitum a Rozrazewo ea sit in regno nostro celebritas, ut et vetustate et splendore nobilitatis præclarissimis quibusque familiis non cedat, existimavimus operæ pretium Nos esse facturos, si quæ de eadem illius vetustate et ornamentis ex monumentis literarum vetustissimis et constanti omnium hominum prædicatione et denique omnium gravissimorum virorum testimoniis accepissemus ac compertum habeamus, non solum nostris, sed externis etiam hominibus nota et plana faceremus. Primum igitur ex literis authenticis Illustrissimi Boleslai, ducis olim Poloniæ, in pelle pecorina anno 1270 in Dlusko scriptis, et apud nos reproductis, id manifeste ac clarius constat, ejus familiæ ac generis antiquissimum esse in Polonia decus titulo comitum insigni: in literis enim illis Sventomirus bonorum Rozrazewo dominus, Bosnone comite natus, et comes esse exprimitur. Ab his vero comitibus, Bosnone videlicet et Sventomiro, continuata generationum serie Illustrem ac Magnificum olim Stanislaum comitem de Rozrazewo, castellanum Rogozinensem (1), et ex eo natos Reverendum ac Illustres Hieronymum Plocensem præpositum, secretarium majorem regni nostri, et Joannem ac Christophorum comites, per lineam masculinam directe pocessisse. Ex literis atque signis certis rationi consentaneis comperimus, neque vero tunc primum, hoc est Sventomiri et Bosnonis temporibus, hoc ipsum comitum decus in ea familia esse cœpit, sed multo etiam antea. Verum quod vetustioribus illis temporibus peregrinus esset literarum in Polonia usus, ideo non tam esse facilem ejus rei memoriam, ut qui primum hoc comitis titulo ex ea familia condecoratus sit, sciri possit; omnium tamen seculorum decursu nomen ejus familiæ insigne fuisse, quum honores, quibus ejus familiæ viri in hoc regno maximis et quandocunque summis functi sunt, tum etiam omnium hominum consentiens testimonium documento esse potest. Quare ex tam eruditissimis probationibus signisque et documentis certam fidem evidensque testimoniorum literis hisce nostris

---

XVII. (1) Odkryto już błąd Niesieckiego, u którego ten Stanisław Rozrażewski, będąc kasztelanem Rogozińskim, schodzi ze świata 1564, i tegoż roku Jan Tomicki z tejże kasztelanii postępuje na Gnieźnieńską. Ponieważ nie mogło być w jednym czasie dwóch kasztelanów Rogozińskich, musiał Stanisław Rozrażewski złożyć przed śmiercią swą kasztelanią, a po nim Jan Tomicki ją otrzymał.

omnibus in universum, quorum interest vel intererit, facimus, eos ipsos superius a nobis specificatos fratres esse priscæ et antiquæ nobilitatis viros, illustribus ac nobilissimis parentibus legitimo matrimonio copulatis natos, comitumque titulo a majoribus suis tradito usos, atque communiter apud exteras quasque nationes ac populos pro veris ac indubitatis comitibus ex antiqua comitum stirpe procedentibus habitos, nominatos et reputatos, jureque in posterum etiam habendos, nominandos et reputandos esse. In cujus rei majorem et evidentiorem fidem præsentes literas manu nostra subscripsimus, et regni sigillo communiri mandavimus. Datum Grodnæ, die vigesima secunda mensis februarii, anno 1579, regni vero nostri tertio.

XVIII.

Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus, ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Quas ego Serenissimæ Majestati Vestræ debeam gratias, quamque ipsa opportune dignitati suæ regiæ prospexerit, quod Domino Uchanscio demandatam legationem abrogaverit, Reverendissimumque D. episcopum Plocensem in ejus locum suffecerit, ex c capite literarum Illustrissimi D. cardinalis Comensis, quod his literis adjunxi, S. Regia Majestas Vestra facile perspicere poterit. Quando vero jam nulli dubium est, Dominum Uchanscium Patavio se nondum commovisse, neque spes aliqua ostenditur maturæ ejus discessionis, non ab re fore putarem, si S. Regia Majestas Vestra per literas Rev. Dominum Plocensem commonefaceret, ut interea temporis, dum revertitur tabellarius ex Italia, studiose magis consuleret rebus suis, et profectionem adornaret. Ego etiam non deero eidem frequenter admovere stimulos. Romæ omnes bene habebant et qui præterea rumores in ea urbe circumferebantur, qui pauci sunt et minime graves ad S. Regiam Majestatem Vestram mittendos curavi. Pragam, ut ex literis Reverendissimi D. nuntii apostolici, quas ad me proxime dedit, colligo, usque ad diem 21 januarii D. Podoscius non pervenit. Illustrissimus D. Andreas Bathorius mihi per literas studiorum suorum rationem, mea summa cum voluptate, quam diligentissime exposuit ego vero, quum ad eum rescriberem, sic cohortatus sum præclaræ indolis adolescentem ut non desperem meas literas et illum delectare, et simul nonnihil juvare posse. Deus omnipotens protegat et conservet S. Regiam Majestatem Vestram, et ad nos salvam et incolumem, re publica bene gesta, ex istis comitiis quam primum reducat. Datum Varsaviæ, die 23 februarii, anno Domini 1579.

XIX.

Duci Magno.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus etc.

Illustris princeps, amice et affinis charissime. Intelleximus plene ea, quæ per internuntios Illustritatis Vestræ ad Nos relata sunt. Quod attinet ad eas querelas, tam de Biringo, quam de damnis, quibus isti miseri homines afficiuntur, quamprimum commissarios in Livoniam missuri sumus, qui in re præsenti de hisce rebus cognoscant. Hos igitur Illustritas Vestra hisce omnibus de rebus per ministros suos plene informabit, atque etiam tam Biringo, quam his, qui damna ...., ~~præsentibus~~, jus tam suum, quam suorum demonstrabit. De rationibus vero ipsius Illustritatis Vestræ etiam atque etiam deliberabimus, ac Vilna Illustritati Vestræ respondebimus. Bene valere Illustritatem Vestram cupimus. Data Grodnæ, die 24 februarii, anno 1579.

Stephanus Rex.

XX.

Augusto Saxoniæ Duci.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Stephanus etc.

Illustrissime princeps, Domine affinis et amice nobis charissime.

Etsi ea per Generosum Joannem Buzeński, secretarium atque internuntium nostrum, a Celsitudine Vestra expetiverimus, ut Nobis ad susceptam cum Magno Moschorum duce belli expeditionem aliquem militum numerum in ditionibus Illustritatis Vestræ, bona ejus venia atque concessione, conscribere et conducere liceret, neque diffidamus quod ~~nobis~~ Illustritas Vestra, quum pro regni nostri, quum Sacri Romani Imperii vetere necessitudine, tum pro peculiari atque eximia inter Nos amicitia, facile Nobis ea in re gratificatura sit; tamen quum adhuc internuntius ille noster nondum cum responso redierit, et Nos hoc jam tempore per Generosum Christophorum comitem a Rozrazow et Bonisdorff, præfectum nostrum militarem, quamprimum conquiri, cogique militem cupiamus, de ea re Illustritatem Vestram per literas iterum appellandum duximus, atque ab ea majorem in modum petimus, ut, Illustritatis Vestræ permisso veniaque, Christophoro comiti in ditionibus Illustritatis Vestræ militem conscribere liceat. Etsi eam ad rem facilius commodiusque perficiendam, auctoritate, literis, aliisque benevolentiæ

studiis opus fuerit, ut Illustritas Vestra Christophoro comiti ea non gravatim accommodet. Hoc Nobis ut gratissimum erit, cura fuerit, ut Illustritati Vestræ omni vicissim propensissimæ voluntatis promptitudine respondeamus. Benevaleat Illustritas Vestra. Datum Grodnæ, die 24 februarii, anno 1579, regni vero tertio.

28

33.

XXI.

Instructio a Sacra Regia Majestate Illustri D. Christophoro comiti a Rozrazow ad Illustrissimum principem, Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, in Prussia et in Silesia Carnoviæ ducem, data.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. II.

Principio orator noster Illustri principi, Domino Georgio Friderico, marchioni Brandeburgensi, in Prussia duci, affini et amico nostro charissimo, nostris verbis salutem plurimam dicet, et quum valetudinis, tum rerum omnium prosperitatem diligenter precabitur.

Postea exponet dubium nobis ~~4~~ nullum esse, quin ejus Illustritati cognitum sit, quibus de causis, quemque in modum cum Magno Moschorum duce bellum susceptum sit, quum de eo consilia cum Illustritate sua jam ante communicavimus. Quandoquidem vero singulare omnes regni nostri, Magnique ducatus Lithuaniæ Ordines ac provinciæ studium et promptitudinem ad nos in gratiam, atque pernecessaria hac expeditione adjuvandum conferant, sperare nos suam quoque Illustritatem pro ea, qua nobis quum amicitia, tum affinitate conjuncta est, proque dignitate atque amplitudine sua, quam in regno hoc nostro princeps tam magnus et membrum illustre obtinet, omne quoque suum studium, operam, consilium, opem, ad hujus belli societatem administrationemque collocaturam esse: quum potissimum sua Illustritas oculis prope e ducatu suo aspiciat, quo progressa hactenus sit hostilis vis atque potentia, parvo admodum intervallo ab ipsis Prussiæ ducatus finibus remota, quos quidem fines, vicino Livoniæ pariete non tantum ardente, sed propemodum cessatione superiorum temporum conflagrato, quid mansurum esset, si non bello reprimeretur hostilis audacia atque injuria, direptam eversamque Livoniam e propinquo ostendere. Qua quidem re quin sua Illustritas commoveatur, nos non dubitare, neque ambigere: quin quum Germaniæ princeps, Germanicoque genere atque sanguine ortus sit, commiserationem doloremque, atque heroicos impetus in eum hostem animo capiat, qui prope omnem in Livonia nobilitatem Germanicam, atque omne nomen Germanicum præcipua quadam crudelitate persecutus sit, atque plane delere contenderit. Postulare vero nos ab ejus Illustritate, ut quum non dubitemus, quin sua Illustritas nobis, et pro suo erga nos studio, et ratione tam necessarii pro ipsa etiam Prussia belli, nobis aliquo equitatu affutura ~~ut~~ esset, nos vero equitatum quum e regno nostro, Magnoque Lithuaniæ ducatu, tum exterorum, satis justum nos confecturos existimamus, pro equitatu, ut pedites Germanicos quingentos sua Illustritas suppeditet. Nobis etiam globorum aliquo numero, quorum modum magnitudinemque nos suæ Illustritati definitum missuri sumus, et pulveris tormentarii quanta possit copia adsit, quam nos Illustritati ejus sarcire cupiamus.

Denique, quum expediat in omnem varietatem fortunæ, casumque, qui Prussiæ etiam evenire possint, comparatum esse, hortari nos ejus Illustritatem, ut sui ducatus Ordines excitet, atque esse quasi in procinctu jubeat, quo si hostis longioribus excursionibus grassari velit, coerceri, et a finium detrimentis prohiberi possit, eos etiam, si quid tale eveniat, in armis habeat, et cum Curlandiæ ducis copiis, aliisque, quas illis locis habebimus, ad fines Prussiæ conjungat. Delectus etiam ipsos, lustrationes in Prussia, maxime si fama concitetur,

eos armorum in ipsam Livoniam transferendorum causa haberi, Moscho haud dubie ancipitem metum allaturos esse, quum se a nobis aliis atque aliis locis, his e Tataria, aliis e Russia, atque aliis in Livonia peti intelliget.

Postremo exponet orator noster hæc suæ Illustritatis studia, quum nobis jucunda grataque, tum ad insignem laudem, ducatui vero suō in Prussia ad securitatem tranquillitatemque præcipua fore, nosque ea omnia vicissim [omni] genere benevolentiæ compensaturos esse.

Hæc quoque huc pertinere videbuntur, orator noster fide atque diligentia summa exponet. Datum Grodnæ, die 28 februarii, anno 1579.

XXII.

Responsum Georgii Friderici, marchionis Brandeburgensis, et in Prussia ducis ad ea, quæ Serenissimus princeps, Stephanus rex Poloniæ, etc. per Magnificum et Generosum D. comitem Christophorum Rozrazevium, oratorem suum, de suppetiis contra communem hostem, Moschum, in instituta expeditione ferendis exponenda curavit.

Sacræ Regiæ Majestatis benignissimam illam salutationem, per Magnificum Dominum legatum denuntiatam, tanquam a Domino et affine clementissimo sincere profectam ejus Celsitudini fuisse et esse longe gratissimam, pro qua Regiæ Majestati gratias immortales, et tanta benevolentia dignas, agi officiose cupiat. Nihil vero Celsitudini ejus gratius, nihil optatius a Deo prepotenti accidere posse, quam Regiæ Majestati præter diuturnam et firmam incolumitatem in hac regni sui gubernatione, ex animi sententia felicissime atque prosperrime evenire omnia.

Ad Sacræ Regiæ Majestatis vero contra tyrannum immanissimum, et hostem regni perpetuum, Moschorum ducem, institutam belli expeditionem quod attinet, Celsitudo sua omnino sibi persuadet, Deum Opt. Max., exactis jam per hosce aliquot annos a Livoniæ terris adhærentibus illi provinciis justissimis communium delictorum poenis, in medio iræ suæ paternæ commiserationis recordatum, Sacram Regiam Majestatem ad flagellum hoc cohibendum, confringendum et exurendum, singulari sua providentia vindicem elegisse atque excitasse, quo per justissimam hanc, piam atque gloriosam defensionem, a Regia Majestate optimo consilio susceptam, hostis potentia, fastus, et immanes ac crudeles spiritus reprimantur, coerceantur atque etiam refrenentur, ut quod in Livonia christiani sanguinis reliquum est, ex crudelissimi hujus tyranni sanguinolentis faucibus tandem eripiatur, nec non Poloniæ inclyto regno et Magno Lithuaniæ ducatui, ejusque cohærentibus provinciis a diuturna calamitate respiratio quædam, et major a metu securitas præstetur.

A Sacra Regia Majestate vero, post gravissimas et prudentissimas deliberationes regni etiam Poloniæ et Magni ducatus Lithuaniæ Ordinum fideli consilio atque opera, eo rem deductam esse, ut Regia Majestas ad immanem hunc christiani nominis hostem aggrediendum atque oppugnandum parata ac propemodum procincta sit, Ejus Celsitudo pro ea, qua erga salutem publicam afficitur cura, plurimum gaudet atque

gratulatur, et ad hoc præclarum, pium, ac plane regium institutum feliciter prosequendum atque conficiendum, ac secundissimos rerum successus a Deo, exercituum Domino, ex animo comprecatur et optat, ut hæc omnia cedant ad Dei inprimis gloriam, et christiani orbis defensionem, Regiæ vero Majestati, supremo hujus militiæ duci, ad nominis victoriosi sempiternam memoriam, nec non ad totius Poloniæ regni, eique adjunctarum regionum, consolationem, incrementum et emolumentum, afflictissimæ vero Livoniæ ad pristinæ [tranquillitatis] recuperationem, ad hostis denique truculentissimi tyrannidem et carnificinam non tantum reprimendam atque compescendam, verum etiam vindicandam et abolendam.

Quod vero Sacra Regia Majestas perbenigne et clementer expetit, ut Celsitudo illius, tanquam præcipuum regni membrum, suas quoque vires ad hoc negotium conferat, etsi semetipsum hujus belli socium (quod optaret) præbere non possit, peditum tamen vexillum, cum certa pulveris et globorum tormentariorum quantitate ad hanc expeditionem augendam atque promovendam tempore tam necessario, sponte sua, et sine ullo in posterum præjudicio aut obligatione subministrare atque mutuare velit. Optaret sane Celsitudo ejus ita ferre nunc res et rationes suas, ut in hoc præclaro et glorioso opere, Regiæ Majestati opera et consilio suo coram adesse ac prodesse, nec non ab ejus Regia Majestate, in omni militiæ genere versatissimo principe, militaribus præceptis, et rerum experientia auctior atque peritior discedere sibi liceret. Verum quia ab hoc officio Celsitudo illius gravissimis suis occupationibus ita distinetur, ut certum quid hac de re recipere ac polliceri jam non possit, plane confidit Regiam Majestatem Celsitudinem suam hoc tempore excusatam habituram.

Quemadmodum autem Illustrissima Celsitudo illius ad gratissima quaque Sacræ Regiæ Majestati, Domino et affini suo observandissimo, obsequia præstanda hucusque ~~pa~~ paratissima exstitit, ita in hoc potissimum casu pro perpetua erga Regiam Majestatem fide atque observantia sua, operam, studium suum Regiæ Majestati probare mallet, præsertim quod ejus Celsitudo non obscure intelligat, et plane sibi persuadeat, hanc expeditionem bellicam non minus in suæ Celsitudinis, quam Sacræ Regiæ Majestatis, ejusque florentissimi regni, et totius denique christianitatis magnum emolumentum institutam atque etiam, Deo dante, eventuram esse.

Quandoquidem autem Illustrissima Celsitudo illius facile agnoscit, ea quæ Regia Majestas cupit, ejus esse momenti atque ponderis, ut non tantum suam Celsitudinem, sed magna etiam ex parte fidelium subditorum suorum omnes ordines ~~contribuant~~ concernant, et sua Celsitudo ex anteactis etiam intelligat, suos quoque antecessores, præcipue autem felicis memoriæ seniorem, patrem suum, Albertum ducem, sine consilio et consensu totius provinciæ Ordinum, de hujusmodi rebus, quæ ad Reipublicæ utilitatem spectarent, non facile quid statuisse aut decrevisse, præsertim cum experientia quoque comprobatum sit, tales spontaneas auxiliorum subministrationes in eo præjudicio sibi cessisse, quod ac si jure deberentur, a nonnullis postea acceptæ fuerint. Quapropter ne quid Illustrissima Celsitudo sua contra morem majorum fecisse videatur, pollicetur se brevi conventum Ordinum coacturam, et negotium hoc (quantum in se erit) ita promoturam,

ut Regia Majestas Illustrissimæ Celsitudinis suæ studium, observantiam et propensissimam gratificandi voluntatem non obscure sit perspectura.

Quod vero Regia Majestas ejus Celsitudinem ad armandos atque lustrandos subditos suos clementer hortatur, agnoscit ejus Celsitudo Regiæ Majestatis hac in re cum summa prudentia conjunctam sollicitudinem et vigilantiam. Et quemadmodum jam antehac ejus Celsitudo praesenti periculo mota, ad hujusmodi lustrationem atque apparatum instituendum per omnes præfecturas suas mandata dedit: ita nunc etiam superiorum mandatorum iteratione subditos suos in omnem eventum, et harum terrarum usus necessarios omni apparatu instructos, et expeditos esse denuo jubebit.

Atque hanc suæ Celsitudinis datam responsionem Sacram Regiam Majestatem, consideratis hujus negotii circumstantiis, in partem ~~meliorem~~ æquiorem clementer accepturam esse, singularis et certa est suæ Celsitudinis fiducia. Ac ut Sacra Regia Majestas a se vasallo et affine, fide ac integritate plenissimo, paratissimum in omni officiorum genere studium et voluntatem expectet, et regiam suam benevolentiam Celsitudini suæ perpetuam conservet, ejus Celsitudo etiam atque etiam reverenter orat. Datum Regiomonti, die 6 martii, anno Domini 1579.

5.4.13

~~XX~~III. Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus, ad Regiam Majestatem.

Quod ego sæpius ad S. Regiam Majestatem Vestram scribo, non eo certe consilio facio, ut temere illius auribus obstrepam, aut ad singula quæque importune responsum expectem, sed ea potius ratione, ut regiæ voluntati obsequens, illi maximarum rerum curis assidue adstrictæ, quoddam quasi laxamentum pro mea virili afferram, regiamque mentem ad res gravissimas intentam, nonnunquam a severitate ad hilaritatem paulisper traducam. Illud tamen plane non diffitebor maximo me cumulari gaudio, quotiescumque #literas a S. Regia M. Vestra lego: sunt enim mihi testes et præclaræ ejus in me voluntatis, et simul indicio mea illi studia atque officia nec parum grata, nec parum accepta esse. Non intermittam igitur, dum ab ejus conspectu abero, scribendi institutum, si quando id mihi argumentum suppetet, quod dignum Regia Majestate existimarem.

Ex Italia nihil novi præterea afferebatur, cætera vero, quæ erant aliquo modo scriptione digna, quum multis verbis prosecutus sim in literis ad Magnificum D. cancellarium, # supervacaneum nunc mihi videtur eadem hic repetere. Quod superest, vehementer cupimus consiliis S. Regiæ Majestatis Vestræ eos contingere exitus, quos maxime optamus, quosque ab immortali Deo assiduis precibus oramus atque obtestamur. Datum Varsaviæ, die 5 martii, anno Domini 1579.

XXIV.

Idem ad eamdem Majestatem.

Mitto ad S. Regiam Majestatem Vestram libellum Roma mihi nuper allatum, quem, quum luculenter sane et eleganter eam rationem complectatur, quæ summos reges miseris his temporibus potissimum attingit, et ad hæreticorum importunitatem et audaciam coercendam maxime sit accommodatus, existimavi non ingratum S. Regiæ Majestati Vestræ fore.

Brevi vel in dies potius hic expectamus Reverendum D. Antonium Possevinum Jesuitam, qui, ut audio, antequam transmittat in Sveciam, literas et mandata apostolica etiam ad Majestatem Vestram afferet: constat autem illum paulo ante idus decembris Roma huc discessisse.

Ex quadam epistola Venetiis die 6 januarii data, quæ Serenissimæ reginæ medico Italo reddita est, illud aperte colligitur, Uchanscium etiam tum ibi detentum fuisse, ac quod a senatoribus gravissimis sæpius conveniebatur, et ipse identidem eos invisebat, conjecta erat suspicio, ne quid summi ponderis negotii clam inter se agerent. Id quoniam ii, qui diligenter eum observabant, valde ea de re anxii, sollicitique erant, diversa ab iis Romam de illo ipso Uchanscio afferebantur, ut ea [ex] actis urbanis, quæ mitto S. Regiæ Majestati Vestræ, pluribus cognoscere poterit. Opto Serenissimam Regiam Majestatem Vestram sanam et incolumem semper videre, et prosperos atque felices suorum optimorum consiliorum consequi exitus. Datum Varsaviæ, die 8 martii, anno 1579.

XXV.

Memoriale Sacræ Cæsareæ Majestati a Reverendo Luca Podoski, præposito Gnesnensi, Regiæ Majestatis oratore, oblatum.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Sacra Cæsarea Majestas. Quandoquidem iis offensionibus et injuriis, quibus finitimi subditi Majestatum Vestrarum ab utraque parte mutuo sese affecerunt, nulla alia via et ratione potest commodius occurri, quam ut ex præscripto pactorum ad locum constitutum Domini commissarii ab utraque parte conveniant: consultum fecerit Majestas Vestra, ut, viso postremo decreto divi parentis sui super hoc negotio in arce Obersdorff, 23 maii, anno 1572 facto, de certa die conventus limitum omnium constituat, ut Sacra Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, eidem quoque deliberationi Majestatis Vestræ sese accommodare possit, cujus deliberationis ut Majestas Vestra exemplum mihi exhiberi faciat, diligenter peto.

Non ita pridem significatum est Serenissimo regi meo, Dominum Clementem Doczki, præfectum militum Cæsareæ Majestatis Vestræ, in illis partibus Hungariæ aliquot villas Magnifici Domini Petri Bathori vi invasisse et eas occupasse. Quare S. Regia Majestas postulat a Cæsarea Majestate Vestra, ut, datis severioribus mandatis, præfectos illos dimitti, damna resarciri, ac ut in posterum ab hujusmodi violentiis dictus D. Doczki, ceterique ministri Majestatis Vestræ abstineant, serio injungere dignetur, ne ab hujusmodi principiis gravius aliquod scandalum consequatur.

Queruntur etiam sæpius subditi Majestatis Regiæ oppidorum et villarum Scepusiensium continuis gravibus affici se injuriis a præfectis et subditis Majestatis Vestræ Cæsareæ, qua de re voluit sua Majestas deferri per me ad Cæsaream Majestatem Vestram, ab eaque postulare, ut, datis ad Magnificum D. Ruberum literis, subditis Regiæ Majestatis, qui injurias vel damna passi sunt, justitiam administrari faciat Sacra Majestas Vestra. Jam inde a plerisque annis, adhuc superstite divo parente Majestatis Vestræ, illata fuit insignis injuria nobili Polono cognomine Gnoieński a D. Francisco Humanay Hungaro, qui prædictum Gnoieński armata manu domi suæ invadens, cepit, et captivum in Hungariam abduxit, ac per multum tempus in tam foeda et stricta captivitate detinuit, ut post dimissus paucos dies supervixerit: qua de re quia D. castellanus Zarnoviensis, ~~(Joannes Sieniński)~~ et alii dicti Gnoieński consanguinei et Regiam Majestatem, et senatum sæpius querelis molestare consueverunt, postulat Serenissimus rex, ut ex præfato D. Humanay S. Cæsarea Majestas Vestra justitiam administret, aut saltem per viam concordiæ amicis defuncti satisfieri mandet.

Quoniam vero hoc quoque ad confirmandam mutuam benevolentiam Majestatum Vestrarum magna ex parte pertinere videtur, ut subditis ab utraque parte, libera et tuta ultro citroque commeandi facultas concedatur, diligenter peto, ut S. Majestas Vestra ea in re gratificari velit Serenissimo principi meo, datisque mandatis ad D. Ruberum et alios locorum Hungariæ præfectos, providere dignetur, ut deinceps liberum sit ministris et subditis Regiæ Majestatis ultro citroque per ditiones Majestatis Vestræ commeare.

Internuntius, quem Serenissimus rex meus ad Illustrissimos principes Saxoniæ et Brandeburgensem, electores, ablegarat, ut in ditionibus suis milites conscribendi, tormentorum et reliqui apparatus belli comparandi potestatem a suis Celsitudinibus obtineret, jam mihi per literas significavit, Celsitudinum suarum ea in re satis promptum et benevolum animum se perspexisse: verum quominus eam voluntatem suam re ipsa [expl]erent], edictis per Germaniam promulgatis se prohiberi. Itaque quum negotium hoc ab auctoritate et voluntate Cesareæ Majestatis Vestræ potissimum dependeat, peto ut hoc quoque nomine gratificari dignetur Serenissimo regi meo, datisque patentibus literis, præfatos Illustrissimos electores a præscripto decreto ita relaxare, ut postulatis Regiæ Majestatis, ita ut jam facturos se receperunt, re ipsa etiam voluntatem suam accommodare queant. Datum Pragæ, die..... anno 1579 (1).

XXV. (1) Memoriał powyższy jest w zbiorze Faura z mylną datą 30 grudnia, 1578 roku. Jak mógł xiądz Podoski, któremu daną instrukcyą w Krakowie 30 grudnia, 1578 roku, podać ten memoriał cesarzowi Rudolfowi w Pradze tegoż samego dnia? Memoriał musi być koniecznie z roku następnego. Nie było jeszcze Podoskiego w Pradze 21 stycznia, 1579 roku, jak pisano z tego miasta do nuncyusza Caligari (Obacz list jego do króla z dnia 23 lutego). Cesarz donosi królowi 14 marca, 1579, że xiądz Podoski przybył do niego w miesiącu lutym: więc ten memoriał był mu podany w lutym lub przed 14 marca tego roku, bo 15 dostał xiądz Podoski nań odpowiedź.

XXVI.

Responsum Illustrissimi principis Joannis Georgii, S. Romani Imperii archicamerarii et electoris, etc. Serenissimi ac potentissimi principis ac Domini, Domini Stephani, regis Poloniæ, etc. legato, Generoso et Magnifico viro, Joanni Bużeński a Bużenin, secretario et aulico regio, datum.

Coll. Faur. 6063, t. 1.

Illustrissimus elector benigne intellexit, quæ Serenissimi regis, etc. nomine Dominus legatus viva primum voce, deinde scripto etiam exposuit.

Ac primo quæ de Serenitatis Regiæ benevolentia et amicitia significat Dominus legatus, ea jucundissima sane sunt Illustrissimæ Celsitudini ejus, illud etiam gratissimum, quod intelligit Serenitati Regiæ compellationem eam, qua per oratores suos Ill. Celsitudo ejus viciri regis, et affinis amicitiam, quæ et ipsis provinciis propter vicinitatem, et regibus Poloniæ, ac familiæ electoriæ marchionum Brandeburgensium propter affinitatem, concessam beneficiaria clientela successionem in ducatu Prussiæ, et multas alias ob causas jam a multis annis semper fuit arctissima, conciliare sibi studuit, gratam fuisse. Utque Serenitas Regia hunc animum (in) Illustrissimam Celsitudinem ejus perpetuum conservare velit, studiose rogat ipsa, suo loco factura omnia, quæ ad augendam et amplificandam hanc conjunctionem conferre possunt. Quemadmodum etiam hoc Serenitatis Regiæ constantes voluntatis, et amicæ erga Celsitudinem ejus propensionis Ill. elector non leve ducit argumentum, quod hæc, quæ nunc agitat consilia, Serenitas Regia cum Illustrissima Celsitudine ejus communicare voluerit.

Ac gaudet Ill. Celsitudo ejus, et amico studio collaudat regium et pium Serenissimi regis propositum, quod arma et vires suas potentissimus rex ad conservationem et propugnationem gloriæ divinæ, et depulsionem immanissimæ tyrannidis ab innocentium et miserorum christiani nominis populorum cervicibus ac jugulis convertit. Nota est enim ferocissimi hostis barbara crudelitas, quæ tot jam annos miseros Livones afflixit, et ad has consumpsit reliquias ..... ac gentis illius calamitas, quæ quum viderit maximam et florentissimam illius provinciæ partem hostili ferro et igni vastatam, suosque vel exquisitis suppliciis excarnificatos, vel in tristissimum et perpetuum exilium abductos, nunc propriis etiam capitibus et visceribus gladium intentari cernit, et eadem ipsis, vel his etiam immaniora expectanda.

Itaque ut pro pietate christiana Illustrissimus elector his condolet, ita non potest non Serenitatem Regiam vehementer celebrare, et simul piis ad Deum Opt. Max. votis ac faustis acclamationibus Serenitatis Regiæ studium, et ad omnem posteritatem laude dignum propositum prosequitur, ut expeditio regis fausta sit ac felix, plena victoriarum, tropheorum et laudis, utque Serenitas ejus Regia eadem felicitate, qua divi antecessores ejus tot nobiles victorias de eodem hoste reportarunt, utatur. Neque dubitat, quin Deus æternus piis regiis consiliis adfuturus sit, præsertim quum sciat Ill. Celsitudo ejus, hæc arma a Regia Serenitate non suscipi,

ut vel Sacri Imperii, vel alterius cujusquam juri in Livoniæ provinciis derogetur, aut vicinorum res et fortunæ atterantur, sed ut Serenitas Regia injuste oppressos et innocentes homines a barbarica tyrannide vindicet, et quam in amplissimis terris ac ditionibus Serenitati Regiæ subjectis, dulcem pacem constituit, eam etiam vicinis conciliet.

Quæ vero præterea Serenitas Regia ab Illustrissima Celsitudine ejus amanter requirit, ut, dum Serenitas Regia extra fines regni sui hoc bello occupatur, præstet ...., ut inter Sacrum Romanorum Germaniæ nationis Imperium, et regnum Poloniæ vetusta jura sarta tectaque maneant, concedat regi, ut in ditionibus Celsitudinis ejus imperio subjectis militem conquirat, quatuor tormenta majora, quæ muralia vocant, cum globis et pulvere bombardico accommodet, magistris etiam machinarum bellicarum permittat, ut militiam regis sequantur.

De his igitur, et quantum ad primum, meminit Serenitas Regia quid Ill. Celsitudo ejus antehac per consiliarios suos Serenitatem Regiam de tranquillitate Imperii Romani et regni Poloniæ, ac utriusque conjunctione, pro amicitia sua erga Serenitatem Regiam atque observantia, commonuerit, neque nunc quicquam habet antiquius, quam ut pacta illa et fœdera non solum sarta tectaque conserventur, sed ut arctioribus etiam constricta vinculis, et renovata, ad posteritatem transmittantur. Videt enim Celsitudo ejus, et Serenitas Regia pro ea, qua singulari ornata est prudentia, non minus ipsa intelligit, quantum et Imperio, et Poloniæ regno intersit, ut, diffidentia omni sublata, Europa hac in parte tranquilla et quieta asservetur, atque in unius prosperitate alterius etiam felicitatem magna ex parte consistere, nec solum Sacri Imperii, et regni Poloniæ vires, sed voluntates saltem conjunctas plurimum posse: quo minus dubitabit Serenitas Regia Celsitudini ejus summæ hanc conjunctionem curæ fore, et id daturam operæ Celsitudinem suam, ut ea mutuis benignitatis ac vicinitatis officiis firmetur magis, quam ut ratione aliqua lædi, aut impediri debeat.

De milite per præfectos regiæ militiæ in his terris conducendo, revocat in memoriam Ill. elector, Serenitatem Regiam, quum superiori anno, 1577, in castris ad urbem Gedanum esset, per literas de eodem officio præstando Celsitudinem ejus compellasse, atque Celsitudinem ejus binis literis ad Serenitatem Regiam perscripsisse, quid expressis Sacri Imperii constitutionibus ~~hon~~ hoc casu sancitum et cautum esset ne videlicet cuiquam exterorum regum vel principum in Imperio Romano militem cogere permittatur, nisi prius potestatem a Sacra Cæsarea Majestate, concessis ad hoc in publica et patenti forma literis, impetraverit. Quæ constitutio quum cunctos Imperii Ordines arctissime liget, atque Ill. Celsitudinis ejus pro personæ et officii dignitate et præeminentia, quam Celsitudo ejus in Sacro Imperio sustinet, approbatione in summo Imperii consilio, et communi decreto omnium Ordinum et Statuum confecta et edita sit: plane sibi promittit Ill. Celsitudo ejus, Serenitati Regiæ ... facile hoc concedere, si legibus obtemperaverit: quum hæc constitutio maximum ad pacem publicam in Sacro Imperio custodiendam adjumentum sit,

et Serenitas Regia, ut rex justissimus, procul dubio nequaquam velit, ut contra Imperii Sacri auctoritatem, felicitatem et sanctiones [quicquid] committatur. Nec vero dubitat [Ill. Celsitudo], quin Sacra Cæsarea Majestas, ubi Serenitas Regia ad ejus Majestatem de facultate in Imperio cogendi copias concedenda, egerit, facilem se hac in parte, quum bellum hoc una publicam Imperii concernere utilitatem cognoverit, sit præbitura.

De tormentis porro, et reliquo ad ea pertinenti apparatu bellico, etsi Illustrissima Celsitudo ejus adeo abundanti earum rerum copia instructa non est, uti forsan de hoc ad Serenitatem Regiam delatum erat, quum Ill. Celsitudo sua plures munitiones in ditionibus suis habeat, in quibus partim ædificandis, partim instruendis jam aliquot annis occupatur, ita ut hæ ipsæ majorem longe machinarum copiam desiderent, et ipsi etiam regno Poloniæ commodo esse videatur, si, quod Deus clementer avertat, in his locis tumultus bellici existerent, ut munitiones illæ ad omnem fortunæ casum quam instructissimæ sint; attamen, impetratis a Regia Serenitate apud Cæsaream Majestatem diplomatibus publicis de conducendo milite, hac etiam in parte præstabit Ill. Celsitudo ejus, ut, quantum pro hoc tenui apparatu instrumentorum militarium, qui nunc est in Celsitudinis ejus munitionibus, omnino fieri potest, intelligat Serenitas Regia, Celsitudinem ejus nec regiæ petitioni, nec publico commodo defuisse.

Ad alterum expositæ legationis caput, de flumine Warta in Oderam navigabili efficiendo, quod attinet, novit Illustrissimus elector quæ Serenitas Regia elapso anno 1578 per legatum suum, Generosum D. Martinum Lesniowolski, capitaneum Losicensem, eadem de re ad Celsitudinem ejus [detulit:] Celsitudo ejus] ita mentem suam explicaverit de toto negotio, [ut] ab utrinque ad hoc missis delegatis optime deliberari et statui posset.

Quum itaque hoc etiam, quia inter eos, qui ad confinia regni Poloniæ, et Illustrissimæ Celsitudinis ejus ditionum habitant, variæ incidant controversiæ, uti de finibus quotidie tales se offerunt, ipsa Serenitas Regia, quo tota hæc finium controversia semel plane determinetur, commissariis hoc demandare existimet, quo quidem Ill. Celsitudini ejus nihil gratius fieri potest, quæ in hoc etiam incumbit, ut et cum regno Poloniæ tot modis sibi conjuncto, et reliquis vicinis, quam minimas de finibus habeat quæstiones, sed in ipsis quam primum terminis omnia sint amica judicat: itidem Ill. Celsitudo ejus et de finibus et de apertione liberæ navigationis tractationem eo rejiciendam [existimat], utque hic etiam commodis publicis quamprimum consulatur, permittit Ill. Celsitudo ejus Serenitati Regiæ, ut illa de loco et tempore conventionis talis statuat, de eoque Ill. Celsitudinem ejus faciat certiorem, sed quam fieri potest maturius, ut Ill. Celsitudo ejus, quos missura est commissarios, sufficienter instruere possit, quo meliorem successum tota sortiatur tractatio.

Paratissima enim est Illustrissima Celsitudo ejus ad omnia studiorum et officiorum genera, et quæ conjunctio affinitatis, feudi vicinitas, ac avita pacta requirunt, Serenitati Regiæ sedulo præstanda, cujus favori et amicitiæ se officiose et amanter commendat, et salutaria ei, et grata omnia denuo precatur. Legato etiam

regio Ill. Celsitudo ejus gratiam suam et benignitatem benevole pollicetur. Actum Coloniæ ad Spream, die 22 februarii, anno Domini 1579.

XXVII.

Rudolphus Secundus Romanorum Imperator ad Sacram Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Rudolphus Secundus divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, etc. Serenissimo Principi, Domino Stephano Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, etc. affini et vicino nostro charissimo salutem et mutuam benevolentiam.

Serenissime Princeps affinis et vicine charissime.

Venit ad Nos superiori mense februario venerabilis, devotus, sincere Nobis dilectus Lucas Podoski, præpositus Gnesnensis et canonicus Cracoviensis, redditisque Serenitatis Vestræ literis, ea omnia diligenter exposuit, quæ Nobiscum per eundem agi Serenitas Vestra voluit. Quoniam vero ea scripto respondimus, quæ propositæ legationi hoc tempore convenire visa sunt, in reliquis nostram integerrimam mentem Serenitati Vestræ propediem per specialem legatum declaraturi. Idcirco ad ipsum Lucam Podoski in responso nostro sollicitando, urgendoque suo haud defuisse officio. Quod autem a Nobis aliquando diutius hic detentus sit, id præter expectationem evenisse: ideoque Serenitatem Vestram moram hanc æquiori animo laturam esse confidimus. Eandem de cetero recte feliciterque valere exoptamus. Datum in arce nostra regia Pragæ, die decima quarta martii, anno Domini 1579, regnorum nostrorum Romani quarto, Hungarici septimo, Bohemiæ itidem quarto.

Rudolphus.

XXVIII.

Responsum Sacræ Cæsareæ Majestatis ad legationem nomine Sacræ Regiæ Majestatis per Reverendum Dominum Lucam Podoski expositam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Sacra Cæsarea ac Hungariæ et Bohemiæ etc. Regia Majestas, Dominus noster clementissimus, benevole cognovit ea, quæ nomine Serenissimi principis et Domini Stephani regis Poloniæ, Magni Ducis Lithuaniæ, etc. Serenitatis Suæ legatus, Reverendissimus Dominus Lucas Podoski, præpositus Gnesnensis et canonicus Cracoviensis, tum viva voce, tum scripto proposuit. Ex quibus quum intelligat Serenissimum regem cum Majestate sua concordiam et amicitiam cupere, adeoque Majestati ejus suum benevolentiæ officium et studium deferre: Cæsarea autem Majestas nihil dubitet,

quinimo de Serenitate ejus, tanquam rege christiano, sibi omnino persuasum habeat, hanc voluntatis declarationem ex sincero candidoque animo proficisci; equidem Serenitas Sua idem plane de Cæsarea Majestate sincere benevolentiæ, cujus sane cum vicinis quibusque principibus christianis colendæ Majestas Sua inprimis cupida est, studium expectare poterit. Arbitrabatur autem Majestas sua huic instituto haud usque adeo convenire eorum commemoratum, quæ ad demonstrandum hactenus intermissæ a Serenissimo rege declarationis istius causas adducta, nonnihil in se acerbitatis habere videntur; verum quia illa ad eum, quem Dominus legatus inivit finem, tendere intelligit, Majestas sua haud aliter accepit. Quum quæ pleraque non tam Majestatis Suæ, quam ejusdem Domini genitoris colendissimi, divi quondam imperatoris Maximiliani, augustæ memoriæ, personam respiciant, Majestas Sua eorum, ut quæ sibi minus cognita sunt, memoriam ulterius non repetet. Existimat tamen a Domino genitore suo, quæ Majestatis Suæ summa fuit æquitas et pietatis studium singulare, nihil horum sine gravi causa factum admissumve esse.

Recensentur quidem nonnulla, quæ sub ejusdem divi Maximiliani imperatoris obitum inciderunt, et ad Cæsaream Majestatem nunc imperantem aliquo modo pertinere videri queunt. Inter quæ istud censeri poterit, quod de legatis Ordinum regni Poloniæ, qui Ratisbonam missi fuerant, in reditu suo Lintzi detentis, adducitur. Verum non ignorat Serenissimus rex, quæ detentionis istius causa exstiterit, quæque non multo ante in Henricum Kurzbach perpetrata fuerint. Etenim si tum in facinoris illius auctorem eo quo æquitatis atque justitiæ ratio postulabat modo, animadversum esset, nihil tale legatis Ordinum expectandum erat. Utut vero hæc se habeant, Majestas Sua, ut primum devoluta ad se divi parentis obitu rerum gubernacula suscepit, eosdem legatos liberos in Poloniam redire permisit, adeoque qui suus in Serenissimum regem et regni istius Status, esset animus atque voluntas, mox quum hac in parte, tum etiam aliis in rebus satis declaravit.

Nam etsi nonnulla in Domini legati scripto subjunguntur, quæ hanc Majestatis Suæ integerrimam mentem in dubium vocare videntur, quorum istud haud postremum est, quod de civitate Gedanensi attingitur; Cæsarea tamen Majestas sibi recte conscia est, Majestatem Suam huic negotio se minime implicuisse, vel etiam ulla cum eadem civitate consilia commiscuisse. Quemadmodum nec alias quicquam a se profectum esse meminit, quod in Serenitatis suæ vel regni istius odium aut invidiam factum dici merito debeat vel possit, praesertim si eorum etiam habeatur ratio, quæ Majestati ejus Cæsarei sui muneris ratione, ac vigore Sacri Imperii constitutionium incumbunt.

Quod denique ad Serenissimi regis postulata per Dominum legatum,

tam eodem scripto, quam diversis memorialibus proposita attinet, quum Serenitas ejus ad Majestatem Suam de amicitia ineunda stabiliendaque mittere voluerit, Majestas ejus uti legationem hanc sibi inprimis gratam accidisse ostendit, ita non omittet, quin vicissim ad Serenissimum regem primo quoque tempore legatum expediat, qui Cæsareæ Majestatis sincere mutuæ benevolentiæ, bonæque vicinitatis et amicitiæ firmandæ studium uberius testetur, simulque ejusdem quoad postulata illa mentem Serenitati Suæ coram aperiat. Ideoque Majestas Sua ad eundem legatum se remittens, quod reliquum est, Domino Podoski benevolentiam Suam Cæsaream propenso animo defert. Datum Pragæ, die 15 martii, anno Domini 1579.

XXIX.

Rex Poloniæ ad regem Sveciæ.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime princeps, Domine amice et affinis noster charissime. Mittimus ad Serenitatem Vestram certis iisque gravibus de causis oratorem nostrum, Reverendum et Generosum Laurentium Goslicki, canonicum Cracoviensem, secretarium et privati nostri consilii consiliarium nostrum, cui nostris verbis dicenti agentique expetimus, ut Serenitas Vestra fidei tantundem habeat, quantum Nobiscum ipsis coram cum Serenitate Vestra agentibus habitura esset, faciatque ut, rebus bene facileque apud Serenitatem Vestram expeditis, ad Nos quamprimum redire possit(1). Erit hoc Nobis quum gratissimum, tum permagnæ curæ, ut Serenitati Vestræ ejus studii similitudine, quoties oratores sui ad Nos pervenerint, cumulatissime respondeamus. Serenitatem Vestram recte feliciterque valere exoptamus. Datum Vilnæ, die 18 martii, anno Domini 1579, regni nostri tertio.

XXX.

Idem ad reginam Sveciæ.

Serenissima princeps, Domina amica et affinis Nobis charissima. Quum ad Serenissimum principem, regem Sveciæ, etc. Dominum conjugem Serenitatis Vestræ, amicum et vicinum nostrum charissimum, certis de rebus oratorem nostrum, Reverendum et Generosum Laurentium Goslicki, canonicum Cracoviensem, secretarium et privati consilii consiliarium nostrum, mitteremus, mandata ei dedimus, ut quædam nostris verbis Serenitati Vestræ exponeret: quod quum faciet, postulamus a Serenitate Vestra, ut quæ dicet tantundem apud Serenitatem Vestram fidei atque momenti habere sinat, quantum habitura esset, quæ ex Nobis ipsis Serenitas Vestra cognosceret. Quam diutissime, recte feliciterque valere exoptamus. Datum Vilnæ, die 18 martii, anno Domini 1579, regni vero nostri tertio.

XXIX. (1) Nie mamy instrukcyi danej xiędzu Goslickiemu, ale mamy ustną i pisaną odpowiedź króla szwedzkiego pod dniem 13 czerwca tego roku na dane mu zlecenia.

XXXI.

Literæ passus in Sveciam Gosticio.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Universis et singulis, ad quoscumque hæ literæ nostræ pervenerint, Reverendissimis, Illustrissimis, Generosis, Spectabilibus, Eximiis, archi piscopis, episcopis, principibus, ducibus, comitibus, baronibus, eorumque vicem gerentibus, n non civitatum, oppidorum consulibus, judicibus, ac universe quorumvis locorum præfectis pro cujuscumque statu, atque conditione, benevolentiam, studium, gratiam nostram. Reve rendissimi, Illustrissimi, Generosi, Spectabiles, Eximii, sincere Nobis dilecti. Mittimus negotiis nostris arduis oratorem ad Serenissimum regem Sveciæ Reverendum Laurentiu Gosticki, secretarium et privati consilii consiliarium nostrum, quem quum rectissime celerrime ad ejus Serenitatem pervenire cupiamus, postulamus ab Illustritatibus et Do minationibus Vestris, ut eumdem oratorem nostrum ubique per ditiones, præfecturas, of ciaque sua tuto et secure, cum equis, famulis et omni comitatu suo, seu mari, seu terr ire, transire, commorari, tam euntem, quam redeuntem permittant, eumque omnibus studiis, quæ facere ad proficiscendi commoditatem, celeritatemque possunt, adjuver et permitti atque adjuvari a suis omnibus faciant, literis etiam salvi conductus, si opus sit, adjuvent: pari studio omnibus satisfacturi, subditis vero nostris, cuju cumque dignitatis, aut officii, aut conditionis, mandamus, ut illi eamdem securita tem et omnia officia præstent, præstarique faciant, pro gratia nostra, harum quas manu nostra subscripsimus, et sigillo regni nostri muniri mandavimus, testim nio literarum. Datum Vilnæ, die 18 mensis martii, anno Domini 1579, regni ve nostri anno tertio.

XXXII.

Georgio Friderico in Prussia duci.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. II.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.

Illustris princeps, amice et affinis noster charissime. Accepimus Illustritatem Vestram Generoso Christophoro a Rozrazow, nostro ad Illustritatem Vestram oratori, significasse, ejus pecuniæ, cujus solutio ad primam julii diem concessione nostra prorogata est, dimidium, hoc est viginti quinque florenorum millia Posnaniam perlata jam esse, neque recusare Illustritatem Vestram, si id Nos velle intelligat, quin ea primo quoque tempore nobis dinumeretur. Etsi vero cur eam hoc tempore desideremus, causa nulla sit; tamen quum præstare existimamus eam nostra in potestate esse, quam Posnaniæ ociosam hærere: postulamus igitur ab Illustritate Vestra, ut quibus Posnaniæ commendata ejus pecuniæ cura est, his mandata mittat, ut illam ei recte quamprimum adnumerent, atque tradant, qui a Nobis Posnaniam accipiendæ ejus causa cum mandato, atque in eum pecuniæ numerum cautione sive liberatione nostra perveniet. Hoc Nobis erit perquam gratum, atque Illustritatem Vestram recte valere exoptamus. Datum Vilnæ, die 19 martii, anno Domini 1579, regni vero nostri anno tertio.

XXXIII.

Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus, ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. I.

Recentiores, qui mihi Roma allati sunt, nuntii, et quæ præterea literis publicis significantur, literarum materiam ad S. Regiam Majestatem Vestram præbuerunt. Quæ vulgo circumferuntur, quod satis ipsa sese explicent, nostra minus egent declaratione: quæ autem gratissima Sanctissimo Domino Nostro acciderunt, puto ad officii mei partes pertinere, si ea paulo fusius ad S. Regiam Majestatem Vestram perscripserim. Probat summopere Sanctitas sua consilium regium instituendi Jesuitarum collegia in compluribus hujus regni provinciis ad erudiendam juventutem, ut uno eodemque tempore, quum ad veram virtutem et bonarum artium studia, tum ad sanctam religionem catholicam excolatur: atque ita probat, ut neget quidpiam sapientius, elegantiusve, ad depellendas hæreses, et ad pacem et tranquillitatem totius regni comparandam a prudentissimo et præstantissimo rege excogitari potuisse: ut ea pro re summis et æternis laudibus Majestatem Vestram Regiam dignam dijudicat, ita illud aperte profitetur, se nunquam commissurum, ut in tam bono opere ejus apostolica auctoritas desideretur, rogatque, ut cujus jam egregie jacta sunt fundamenta ædificii, hujus ipsius parietes pro quoquo tempore altius tollamus. Quod quidem quum per literas minime exequi valeamus, in illud tempus rejiciamus necesse est, quo ego in conspectum S. Regiæ Majestatis Vestræ dare me potero: illud autem ut quam ocissime contingat, plura me adhortantur; verum quia video me hinc ante dicesum Reverendissimi D. episcopi Plocensis vix posse avelli, illud etiam atque etiam a S. R. M. Vestra summis precibus contendo, ut ad reditum tabellarii sui ex Italia nulla interponatur mora, quominus quam citissime discedat: incredibile enim est, quo fastidio, quave animi perturbatione ex ista Uchanscii

tarditate afficiuntur, et S. D. N., et universa Romana Ecclesia. Stomachantur vero, ut verum f
tear, hominem non sapientissimum tantum ex sui regis honore obstinate detrahere, et ta
parvi S. Sedis Apostolicæ auctoritatem, majestatemque pendere. Pudet me referre verba, quæ
me ea de re perscribuntur, sed illud unum me plurime consolatur, quod arbitror literas meas e
pervenisse, ex quibus aperte intellexerint, novo atque egregio S. R. Majestatis Vestræ cons
jam dedita opera missum fuisse, qui Uchanscium revocaret, et Rev. D. Plocensem brevi a
eamdem legationem exiturum nuntiaret. Faxit omnipotens Deus, ut adolescens ille et c
riter eo venerit, et mandata ea regia, qua decet fide et industria exhauserit. Studia atque s
vitia mea humillime S. Majestati Vestræ defero ac commendo, eique omnia prospera
felicia contingere percupio et precor. Datum Varsaviæ, die 21 martii, anno Domini 1579.

XXXIV.

Idem ad S. Regiam Majestatem.

Obsignatam jam priorem epistolam, quum ad me allatæ sunt Roma et Praga literæ
plures, ex quibus quum nonnulla collegerim, quæ, ni fallor, non ingrata erunt S. Regiæ
Majestati Vestræ, committendam non duxi. Recentiores literæ Romanæ sunt ipsa die
24 januarii datæ, ex quibus illud cognosci, D. Zajonczkovium, S. Regiæ Majestatis Vest
secretarium, eo nomine Roma Patavium discessisse, ut omnino voluntatem D. Uchansc
exploraret, qui neque ad urbem unquam venit, neque literarum aliquid ad quemqua
dedit. Credo hoc factum divino consilio, ut uno et eodem tempore et Zajonczkovius, et pu
regius, hic Grodna, ille Roma, non vigilantissimo oratori intervenirent, eoque celerius
Zajonczkovius ad S. D. N., Romanum pontificem, puer regius ad Majestatem Vestram R
giam reccurrerent. Ego vero quum videam tarditatem istam tantopere omnes indolu
se, non possum id non iterum a S. R. Majestate Vestra petere, ut mandet sic ita om
comparari et disponi, ut ad reditum tabellarii Reverendissimus D. Plocensis illico sese
in viam omnino det. Pragenses vero literæ ipsa die 21 februarii sunt scriptæ. Revere
dus D. Possevinus eo etiam pervenerat, et ad nos, id est, ad S. Regiam Majestatem Ve
stram properabat, et ut audio, cum mandatis et literis apostolicis de foedere Suetico.
Quare si Gosliciius adhuc non transmisit, non ab re forte fuerit admonere hominem, ut
se interea Gedani sustineat, quoadusque S. Regia Majestas Vestra Possevinum audiat
ex ejus enim sermone aliqua immutanda forte erunt. Quum autem et ipse brevi in
Sueciam navigaturus sit, a rationibus S. Regiæ Majestatis Vestræ non alienum erit
si ejus opera ea in re utetur: valet enim is plurimum et gratia apud illum regem et
auctoritate, et.... ingenio ad ea, quæ inter utramque Majestatem controversa sunt, compo
da mire accommodatus. S. Regiæ Majestati Vestræ omnia bona a Deo omnipotente
precor. Datum Varsaviæ, die.... martii, anno Domini 1579.

XXXV.

Stephano regi Poloniæ Stanislaus Hosius.

Teka Naruszewicza ~~93~~. Ex operibus impr. Hosii.
87, 84

Quoties de bello cogito, quod contra Moschos Majestas Vestra suscepit, simul qui sit status regni Majestatis Vestræ mecum animo reputo, non possum de exitu illius, quem faustum et felicem Vestræ Majestati precamur, non esse valde sollicitus. Nam etsi de viribus Vestræ Majestatis, quin pares ad id prospere conficiendum esse queant, nihil dubito; tamen ut propitium Deum habere possimus, ut ille convertat nos, ut iram suam avertat a nobis, ut ne gravibus peccatis nostris offensus, durius aliquid pro eo ut meremur statuat contra nos, id summo studio providendum esse censeo. Legi quas coram Majestate Vestra duas conciones habuit vir pius et doctus, quas ardens quidam ab eo communis patriæ nostræ conservandæ zelus extorsit, Stanislaus Socolovius, quem quod Majestas Vestra hoc in aula sua munere fungi præ ceteris voluit, judicium hoc illius non possum non vehementer probare. Quamvis enim vivam illius vocem non audiverim, quæ multo plus habere solet energiæ, tamen et hæc, quam literis ille mandavit, oratio vita quadam sua non videtur esse destituta. Proximo superiore anno miseram Vestræ Majestati prophetam Isaiam Tulliane loquentem, et ut inter preces, quas e lecto surgens ad Deum fundere consuevit, unam aut alteram paginam in eo libro legeret sum hortatus. Huic meo consilio si quid loci datum est, quod omnino factum existimo, bona spe sum, quod in solo Deo fiducia sua collocata, Aegyptiorum præsidiis non ita multum confidet. Quid autem aliud facit hic noster Socolovius, quam quod nonnullis in locis inculcat eadem illa, quæ præclare apud Isaiam scripto legimus: quando quibus artibus imperia parta et amplificata, contra quibus peccatis atque flagitiis prolapsa sunt, et funditus eversa commemorat: ut pulchre cum Isaia propheta, huic Majestatis Vestræ prophetæ, conveniat. Cujus quum ego posteriorem orationem legissem, quam de causis supremi excidii Hierosolymitani ex Josepho et Hegesippo collectis conscripsit, quandoquidem imaginem quandam illorum temporum in regno Vestræ Majestatis ad vivum expressam videre mihi sum visus, totus cohorrui; nec enim potui non vehementer metuere, ne cum aliis gravibus peccatis et flagitiis nostris, præcipue tot sectis tam inter se dissectis graviter offensus Deus, quibus olim Hierosolymam, iisdem et nos nihilo civibus illis meliores cladibus affectos, et calamitatibus oppressos velit. Nam si quæ germana fuit oliva, rationem illius habendam Deus non putavit, qui fieri potest ut pluris faciat sylvestrem oleaginem? si non pepercit electæ suæ genti, sceleribus illius provocatus, quomodo parcet ei, quæ multitudine gravitateque scelerum illam longe superare videtur, in qua plures etiam, quam in illa sectas mirabiliter inter se dissectas, non sine magno

stupore quodam cernimus? De quarum numero non modo non detrahitur quidquam, verum etiam in dies ad priores major accessio fieri dicitur: quando quidem et mendacii veritas arguitur, quæ dixit accepto pane, hoc est corpus meum, accepto calice, hic est sanguis meus, et sacerdotium et sacrificium omne prorsus abrogatur: omnis agnitio Dei tollitur, dum seorsim a ceteris mortalibus nullus ei peculiaris cultus tribuitur, et adoranda Trinitas, venerandaque unitas tam horrendis convitiis, maledictis, blasphemiis afficiatur, ut quamvis longanimis et patiens, ac multæ sit misericordiæ Deus, diutius hæc tanta sacrilegia ferre non posse videatur. Quare supplex a Majestate Vestra peto, ne quam in Aegyptiorum viribus fiduciam collocet, sed illud inprimis curet, ut quem enormibus flagitiis nostris aversum a nobis Deum esse cernimus, eum placatum nobis habere possimus. Quamlibet magnas copias collectas habuerit, nisi nos oculis ille misericordiæ suæ respexerit, nisi propitium illum reddere nobis conati fuerimus, nisi prophetam dicentem audierimus: Declina a malo et fac bonum, non video quæ sit spes, felicem nos exitum hujus belli habituros. Quomodo res gesta fuerit ante sesquiannum, tenet procul dubio memoria Majestas Vestra. Congregatus fuit adversus Moschos non contemnendus quidam exercitus, verum in eo toto nec sacerdos, nec sacrificium fuit ullum, nec Deus in cælis agnoscebatur. Volabat Volanus quidam et clamabat: Non est verum quod a veritate de pane dictum est: Hoc est corpus meum, nec fuit inventus quisquam, qui tam blasphema loquentis os obstrueret. Misericordiæ Domini, quod non statim consumptus et hiatu terræ fuit absorptus exercitus ille, cujus dux quin fuerit Christi perduellis aliquis hæreticus, dubium non est. Qui vero fuit præfectus his copiis, quibus cum Moschis ante quinque plus minus menses prælium fuit initum, eximius est Christi cultor, vir insigni pietate præditus, quam etiam Romæ quum esset ab anno jubilæo multis documentis declaravit Dominus Sapieha (1). Is quamvis non esset multum in militia versatus, ut esse tiro quidam adhuc videretur, quoniam tamen priusquam ad arma ventum esset, precibus et sacrificiis reconciliandum Deum curavit, quamlibet parva manu multis partibus majorem exercitum vicit, fudit, profligavit, quæ res documento esse debet Majestati Vestræ, quantum in eo positum sit christianumne ducem copiarum suarum habeat, an Christi perduellem aliquem hæreticum. Hæc igitur prima debet esse cura Majestati Vestræ, si fieri non potest ut omnes Aegyptios arceat ab exercitu suo, saltem ut illius duces non alios habeat, quam

---

XXXV (1) Andrzej Sapieha, który wraz z Maciejem Dębińskim odniósł dnia 21 Października 1578 roku, walne nad Moskwą pod Wendą zwycięztwo. O jakiej wyprawie przed półtora roku przeciw tejże Moskwie mówi Hozyusz, na której Wolanus miał wykrzykiwać pod wodzą jakiegoś heretyka, nie łatwo ściśle oznaczyć. Zapewne chce mówić o Radziwile, ojcu lub synie.

qui sunt ex populo Israel, hoc est ex his, qui vere credunt in Christum, et ut nullas in suis castris blasphemas voces edi permittat: ita futurum spes est, ut prosperos consiliorum suorum progressus et exitus habeat.

Ceterum sub initium anni hujus a Majestate Vestra me petere memini, ut strenæ loco mihi largiretur hoc, ut in Elbingensi civitate, quæ meæ jurisdictionis est ecclesiasticæ, Vestram vero Majestatem itidem ut nos regem atque dominum suum agnoscere deberet, liberam evangelii Christi prædicandi potestatem permitti juberet. Habet enim illa civitas antichristos multos: Christus ubi caput in illa reclinare possit non habet. Cui locum ut aliquem dari jubeat, et quæ sunt adhuc in ea civitate reliquiæ Christianorum, eas ne deteriore velit esse loco, quam sint illæ, quæ sub Turcarum tyranno degunt, quanti vel fortunarum suarum, vel regni sui, vel animæ suæ, quin multarum potius animarum, quarum precioso suo sanguine Christus redemit salutem, faciat tantum ut providere velit, supplex ab illa peto. Nec enim quidquam dubito, modo serio velle Majestatem Vestram intelligant, quin ad illius etiam nutum se sint hædi mei conversuri. Pertinebit hoc etiam ad iram Dei placandam, quam isti sathanæ ministri majorem in dies provocant. Ex quibus quidam ante decem annos, sub illud ipsum tempus, quo mandato Serenissimi regis mei mihi fuit ex Prussia discedendum, ausus fuit pro concione publice blasphemare, diabolum adorare, si quis pro tempore sacerdos elevat eucharistiam, eam adoraverit. Quid magis impium et blasphemum dici potuit? Iterum atque iterum a Majestate Vestra supplex peto, si non prohibendum esse censet in ea civitate cultum Antichristi, ne patiatur quominus in ea libere Christus annuntietur, pieque colatur, quemquam prohibere. Quod si provisum opera Majestatis Vestræ fuerit, piorum precibus et sacrificiis placatus Deus iram suam a nobis avertet, et optatam contra Moschos victoriam largietur. Quod ut ita fiat, nos etiam in his sacris locis ad sanctorum apostolorum et martyrum thecas provoluti, Deum supplices precari nunquam intermittemus. Exaudiet ille preces et lachrymas piorum, dummodo convertamur ad illum in toto corde nostro, et Christum aperte confessi fuerimus. Datum Romæ, 27 martii, anno 1579.

28

Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus,
ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Etsi satis S. Regiæ Majestatis

XXXVI.

Duci in Prussia.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.

Illustris princeps, amice et affinis charissime. Non ignorare Illustritatem Vestram existimamus, ut quam gravi cum publicæ rei detrimento antehac in hoc regnum nostrum improbissima quæque moneta, quum vicinis, tum longinquis e locis importata sit, et qua cura, quibusque edictis Nos ab hoc incommodo regnum vindicare contenderemus: pro quo quidem studio, atque adeo officio nostro, quum Nobis allatum esset, in Germania inferiore, cognitis edictis nostris, quibus taleris Belgicis certam justamque æstimationem constituimus, novos hoc tempore ea æstimatione longe inferiores ad priorum similitudinem fieri, neque dubium esse, quin eos hoc vere magno numero in Prussiam importaturi essent: postulamus ab Illustritate Vestra, ut Regiomonti, atque in aliis ducatus in Prussia portubus, summam curam, vigilantiamque adhibeat, ne quid istiusmodi monetæ importetur, quæ æstimatione nostra in edictis proposita vilior deteriorque sit, et a qua detrimenti aliquid Respublica capere possit. Quæ Illustritatis Vestræ erga nos regnumque nostrum fides est, quodque studium, daturam operam omnem confidimus, ne quid in hoc genere committatur, quod cum publico detrimento conjunctum sit. Nos quidem de eo ad civitates nostras Gedanensem et Elbingensem mandata nostra dedimus, jussimusque cum Illustritate Vestra consilia communicarent, qua ratione quam rectissime excludi atque evitari damna illa monetaria possent, quæ iterum irreptura videntur. Illustritatem Vestram bene valere exoptamus. Datum Vilnæ, die 29 mensis martii, anno Domini 1579, regni vero nostri anno tertio.

XXXVII.

Georgius Fridericus, dux in Prussia, ad Regiam Majestatem.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine et affinis charissime atque observandissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ officiorum nostrorum promptitudinem reverenter deferimus, et eidem prosperrima quæque et secundissima ex animo comprecamur. Serenissime Rex, Domine clementissime. Vetus et pene avita est Generosæ Costcarum familiæ cum nobili, fideli, nobis dilecto consiliario et cancellario nostro, Vencestao Sach, de præstanda bonorum quorundam emptione controversia, quam actionem ante annos quindecim et plures ei intentatam ipsi actores ejus exceptiori coram judicio terrestri respondere jussi, sponte deseruerunt. Ad hanc renovandam, de novis apud Regiam Majestatem Vestram mandatis Magnificos Dominos Costcas ~~den~~ denuo laborare, dicto cancellario nostro nuntiatum est, qui quidem ad agendum paratus, nihilque magis quam justam hujus controversiæ cognitionem atque decisionem exoptans, novas propediem citationes, quibus ad comparendum evocetur, expectare nunc cogitur. Quum autem in hac pernecessaria profectione nostra in Germaniam, prædictum cancellarium nostrum, usu et ætate provectiorem consiliariorum nostrorum, et senatus quasi præsidem atque inspectorem in Borussia relinquerimus, ut si forte ad judicium id evocetur, stationem hanc deserere, et vicecancellario præsertim nobiscum absente, longius abesse sine nostro et communi harum terrarum incommodo atque periculo vix possit: Regiam Majestatem Vestram, Dominum et affinem nostrum clementissimum, obnixe rogamus, ut, si

negotium hoc Domini Costeæ importunius et intempestivius urgeant, Sacra Regia Majestas Vestra id ipsum auctoritate sua, et perspecta erga nos benevolentia, ad paucissimorum aliquot mensium spatium, in felicem usque reditum nostrum clementer suspendere atque differre dignetur: quod quia Regiam Majestatem Vestram publicæ utilitatis et nostra causa benigne facturam confidimus, pluribus ea contendere desinimus. Nos vicissim hanc Regiæ Majestatis Vestræ gratiam omnibus studii ac ~~pro~~ pietatis officiis demereri enitemur. De cancellario vero nostro spondemus, eum legitime postea evocatum, tunc se judicio minime subducturum, sed prompte atque libenter judicis auditurum et accepturum esse sententiam. Atque hisce Regiam Majestatem Vestram diutissime valere, et felicissime regnare optamus. Datum Regiomonti, die 29 martii, anno Domini 1579.

XXXVIII.

Casimirus, Pomeraniæ dux, ad S. Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime et potentissime Rex, Domine affinis et vicine charissime. Intelleximus a præsentium latore, Balthazaro Schnellio, qui per aliquot annos officium procuratoris fisci per provinciam Livoniæ sustinuisse dicitur, sibi ab omni tempore, quo Serenissimo principi felicis memoriæ, divo Sigismundo Augusto, consanguineo nostro charissimo, a servitiis fuit, emerita sua stipendia non exsoluta, a Majestate autem Vestra Regia pro sua in omnes clementia, de recompensatione eorundem spem bonam clementissime factam esse. Quare maximopere a Nobis petiit, ut hoc suum negotium Majestati Vestræ Regiæ commendare dignaremur. Cujus petitioni, quum ejus fides atque integritas nobis satis abunde perspecta sit, benigne annuentes, Regiam Majestatem Vestram amanter et majore quo possumus studio rogamus, ut prædictum Schnellium, ex ditione nostra oriundum, sibi clementissime commendatum habeat, faciatque quo laborum suorum justam mercedem percipiat. Fecerit Majestas Vestra Regia nobis in eo rem pergratam, et omni officiorum genere sedulo promerendam, quam diu valere exoptamus. Datum... die 3 aprilis, anno Domini 1579.

XXXIX.

Barnimus, Pomeraniæ dux, ad S. Regiam Majestatem.

Serenissime ac potentissime Rex, Domine affinis et vicine charissime. Præsentium lator, Balthazar Schnellius, subditus noster, qui propter sua conficienda negotia, aliquandiu in his oris apud nos substitit, humiliter retulit nobis, divo ac pio regi Poloniæ, Sigismundo Augusto, felicis memoriæ, quam plurima servitia in Livonia præstitisse, quorum nullam prorsus recompensationem nactus sit: imo dum suo muneri atque officio sedulo incubuerit, multorum maliciosorum hominum persenserit injuriam, idque S. Regiam Majestatem Vestram et nosse, et summam sibi gratiam et regiam benevolentiam idcirco pollicitam esse. Quare petiit a nobis, quo tandem regiæ et promissæ gratiæ particeps fiat, apud S. Regiam Majestatem Vestram intercederemus. Et quanquam S. Regia Majestas Vestra sine intercessione nostra gratiosissime rationem prædicti Schnellii habituram omnino confidimus, quippe quod industria omnis, studium ac labor, præmia sua justissime mereantur, tamen subdito nostro hanc nostram intercessionem apud S. Regiam Majestatem Vestram minime denegare potuimus. Petimus itaque quam amice, uti S. Regia Majestas Vestra præsentium latorem, Balthazarum Schnellium, commendatum habeat, eumque favore et gratia regia, sicuti benignissime cœpit, in posterum etiam complecti dignetur, quo aliquo modo suorum officiorum recompensationem dignam accipiat. Quod nobis erit tam gratum, quam gratissimum, dabimusque operam vicissim, ut S. Regia Majestas Vestra nostra studia et officia sibi omni tempore paratissima agnoscat et intelligat. Datum Rugenwaldi, tertia nonas aprilis, anno Domini 1579.

13

XL.

Instructio eorum, quæ ad Sedem Apostolicam Sacræ Regiæ Majestatis orator, Reverendissimus Dominus Petrus Dunin Wolski, episcopus Plocensis, ejusdem Majestatis nomine geret, data Vilnæ, 4 die ~~maii~~ aprilis, anno Domini 1579.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Quamprimum emensis necessariis itineribus pervenerit Romam orator Majestatis Regiæ, dabit operam, ut, communicata ratione totius legationis suæ cum Reverendissimo Domino cardinali Varmiensi, et Venerabili Georgio Ticinio, possit ipsorum studio primo quoque tempore facilem et commodum aditum habere ad Sanctum Dominum Nostrum, in cujus quidem conspectum ubi orator venerit, in hanc sententiam verba faciet.

Postquam Serenissimus rex meus, Dei præpotentis benignitate, rex Poloniæ creatus, atque solemni majorum ritu regno inauguratus esset, et omnem confestim omnis regii muneris cogitationem atque curam diligentissime suscepit, et hoc inprimis studio accensus fuit, ut quemadmodum ad Deum amplitudinis, potentiæ, dignitatisque suæ fastigium gratissima mente referet, ita Sanctitati Vestræ inprimis eo officio satisfaceret, quo omnes orbis christiani principes erga Sanctitatem Vestram et hanc Sanctam Sedem Apostolicam in ipsis principatuum suorum initiis, cum testificatione observantiæ atque obedientiæ volentes libentesque perfunguntur, eoque imperia sua auspicata atque augusta quodammodo efficere student, quo denique ipsa sua Majestas in suo Transylvaniæ principatu functa diligenter esset. Regnum suum capessentem initio gravior quædam difficultatum (quæ prope omnibus magnarum rerum principiis adesse solent) occupatio excepit, effecitque, ut desiderio isti, pietatique suæ erga Sanctitatem Vestram qua cupiebat celeritate, satisfacere nullo modo posset. Quamprimum vero isti quasi tempestatum venti ponere, atque mitescere coeperunt, omnesque se ad obsequium, fidem, subjectionem erga Majestatem suam in regno usquequaque contulerunt, nihil prius habuit, quam ut desideratissimo hoc officio suo erga Sanctitatem Vestram recte ordineque perfungeretur. Quod ut faceret, oratorem suum, Generosum Dominum Paulum Uchański, jam pridem ad Sanctitatem Vestram misit, per quem et salutaret Sanctitatem Vestram, et nomen suum inter eorum regum nomina profiteretur, qui ex Christi Dei nostri religione et Sanctam hanc Sedem Apostolicam Romanam pro summo religionis christianæ domicilio agnoscunt, et Sanctitatem Vestram uti ejusdem Christi Dei supremum in terris vicarium colunt atque venerant. Quem quidem oratorem quum sua Majestas a se ita dimisisset, ut quæ expeteret, quæque ad omnem illius legationis rationem, facultatemque pertinere viderentur, ea liberalitate tribuisset, quæ illi in omne etiam vitæ tempus quum ornamento, tum commodo permagno esse posset, plane sibi sua Majestas persuasit, facturum illum esse, ut quum pro iis mandatis, quæ acceperat, quum officio suo, quam celerrime ad Sanctitatem Vestram perveniret, munusque suum ex voluntate, dignitateque suæ Majestatis expleret. Qua in re quum desiderio atque expectationi suæ non satisfactum esse sua Majestas cognosceret, periniquo autem pateretur animo, illi suo ardori et quasi cursui, erga Sanctitatem Vestram officio, pietatique suæ aliena cessatione obsisti (cujus quidem

cessationis quas ille causas habuerit, sua Majestas deinceps justæ, necne fuerint, cognoscen-
non committendum judicavit, ut qua longior mora afferretur, meque alterum oratorem su-
um ad Sanctitatem Vestram misit, ut suo nomine hoc in loco a se et debito, et desideratis-
simo officio defungerer, Sanctitati Vestræ, Sedique Apostolicæ justum, debitumque
honorem more majorum redderem. [Quod igitur felix, fortunatumque sit tum Sanctitati
Vestræ, tum majestati Serenissimi regis mei, et tum regno ipsi Poloniæ, tum denique orbi
universo christiano, cujus complexu regnum ipsum Poloniæ [continetur], Stephanus
[rex Poloniæ], idemque Magnus Lithuaniæ Dux, devotus nomini religionis catholicæ
et addictus Sanctitati Vestræ, quæ his aris, his templis Romanis, huicque ipsi Petri,
principis apostolorum sedi, huic, inquam, domicilio religionis et pietatis catholicæ
christianæ, Dei Opt. Max. nutu atque beneficio, pro Petri successore præsidet, defert
ad Sanctitatem Vestram omnia sua, regnique sui studia, quæcumque a rege et regno
catholico adversus præsidem catholicæ religionis summum proficisci jus mosque est.
Et uti se alumnum, atque adeo filium Ecclesiæ sanctæ catholicæ libenter ex ani-
mo agnoscit, ita Sanctitatem Vestram, hujus ipsius Ecclesiæ pastorem, atque curato-
rem et patrem profitetur, eique omnem honorem ~~ut~~ patri, ac parenti optimo debi-
tum, uti filius obsequens et verbis præstat per me nunc jam quidem, et re ipsa dein-
ceps per omnem temporum occasionem præstiturum pollicetur. Confidit etiam vicissim
suas, regnique sui rationes omnes fore semper in omni rerum et temporum occasione in
paterna cura Sanctitatis Vestræ: sic enim sibi persuadet Majestas illius Regia, ita de-
mum suas in illo regno actiones Deo gratas, regnoque ipsi salutares futuras, si eas
Sanctitas Vestra, Dei vicarius, bonis omnibus [votis] primum, deinde vero etiam consi-
liis, auxiliisque fuerit prosecuta, ut sicut Majestas illius nihil unquam a Sanctitate
Vestra desiderari in se patitur eorum officiorum, quæ a filio debentur patri, ita vicis-
sim Sanctitas Vestra omnibus paternis erga Majestatem ejus officiis perfungetur.

Atque hoc quidem loco orator, commemoratis breviter commoditatibus ejus regni, cui hoc
tempore Majestas Regia imperat, relinquet considerandum Sanctitati ejus quæ nunc
temporis, et quantæ accessiones perventuræ videantur ad Rempublicam christianam
ex Sanctitatis ejus cum Majestate hac Regia voluntatum conjunctione, quum Sanctitas
quidem ejus consilio et auctoritate polleat, regnum autem Majestatis ejusmodi opportu-
nitatibus abundet rerum bene gerendarum, ut in eo et hominum quidem militarium,
bellis propemodum continuis, ~~[illegible]~~ equestribus præsertim assuetorum, copia non desit,
et natura ipsa locorum minime ad ea profundenda parca, quæ ad belli commeatum,
cæteraque ad victum et cultum corporis necessaria pertinent, large omnia suppeditet.
Quæ quidem omnia, si antea superiorum illorum magnorum regum temporibus,
qui erant per orbem terrarum maxime illustres, et sine omni controversia omnium con-
sensu nationum regno Poloniæ tributa, nunc quidem hoc rege, ad regni ipsius guber-
nacula posito, et veterem splendorem retinent, et recenti etiam exercitio confirmata
magnopere augescunt. Qui rex quum cæteris virtutibus cuilibet regum par sit, et

equalis, tum illa habet non tam ex recentium istorum principum, quam ex antiquorum illorum heroum laudibus deprompta, propria atque peculiaria decora, ignaviam fugere, laborem appetere, periculis ultro occurrere.

Neque enim, quod his temporibus fit, in luxu est aut ocio enutritus, sed quum esset ante regium hunc adeptum honorem variis rerum humanarum casibus objectus atque expositus, ex quibus eximiam quamdam prudentiæ vim collegit sibi atque comparavit, tum et cubare humi, et æstum pariter, atque hiemem tolerare, et famem pati, et omnia ducis juxta atque militis munia obire didicit: plane ut post adeptum quidem hoc regnum, tam amplum, tam opportunum, et viris ac equis refertum, paucissima illi admodum ad maximas quasque gerendas res deesse videantur, uti quidem Sanctitas ejus per se ipsa satis intelligere potest, quæ ejusmodi consiliorum in principibus christianis et moderator pariter, et auctor esse consueverit.

Atque hæc orator hanc in sententiam dicet, si Uchanscius legatione functus nondum fuerit: quod si fuerit, cessationem tanti temporis, quæ isti officio, desiderioque Regiæ Majestatis intervenit, diligentissimis verbis excusabit, et ostendet quam pridem factum sit, quod priorem oratorem, Generosum Paulum Uchanscium, S. Majestas dimiserit, quam diligenter illi festinandi mandata dederit, quam moleste ejus cunctationem patiatur, quam in illum ad hanc legationem nostram diligentissime expediendam ea contulerit, quæ non modo isti profectioni, verum etiam toti ejus vitæ ornamento et subsidio magno esse possint. Quumque ~~illum~~ illum cessationi isti jam nimium longæ, molestissimæque, longiorem etiam adjicere posse suspicaretur, Majestatem suam se delegisse, misisseque, qui excusaret eam tardationem, et officio illo, cujus præstandi S. Majestatem summum semper desiderium teneret, perfungeretur, si alter nondum perfunctus esset.

Ad hæc orator ea, quæ in altera secretiore instructione sunt, atque adeo omnia negotia S. Majestatis apud Sanctitatem suam sibi permagnæ curæ esse sinet, eaque, etiam si adsit et ~~dixit~~ dixerit apud ejus Sanctitatem Uchanscius, ipse inprimis aget, quum ejus senatoriam dignitatem et ordinem, et sapientiam, dexteritatemque singularem, ad ea impetranda momenti plurimum allaturam esse S. Majestas non dubitet. Commorari vero sic orator Romæ poterit, quam illi visum fuerit diu, nisi a S. Majestate forte citius revocetur.

5

XLI.

Georgius Fridericus, dux in Prussia ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryzu: coll. Fauv. 6063, t. 11.

Serenissime et potentissime Rex. Regiæ Vestræ Majestati salutem dicimus, studiaque nostra in omni officiorum genere promptissima pollicemur. Domine clementissime et affinis charissime et observande. Quum hodie Gedano discessuri currum conscendere vellemus, reddidit nobis præsens Regiæ Vestræ Majestatis cubicularius binas literas, quibus Regia Vestra Majestas de monetario et pecuniario negotiis ad nos scripsit. Et quantum quidem ad hoc attinet, quum intelligamus, gratum fore Regiæ Vestræ Majestati, si ejus pecuniæ, cujus solutio ad primam julii diem constituta est, dimidium quamprimum dinumeretur, mandavimus Zachariæ Rieth, mercatori Posnaniensi, ut Magnifico Andreæ Opaliński, regni Poloniæ marschalco, cui hujus rei curam Regiam Vestram Majestatem demandaturam ex literis ejus perspeximus, viginti quinque illi florenorum millia, accepta cautione sive liberatione, adnumeret, quod eum facturum omninò confidimus.

Sollicitudinem porro Regiæ Vestræ Majestatis de moneta, ne improbissima quæque, ut antehac factum est, in has regiones importetur, summopere laudamus, et quantum quidem in nobis fuit, hactenus nihil intermisimus, quod eo spectaret, ne Respublica eo nomine detrimenti aliquid caperet, id quod in posterum etiam facturi sumus. Quia vero ob necessaria quædam negotia hoc tempore aliquantisper a Prussia abesse cogimur, scribemus consiliariis nostris, quibus donec aberimus gubernationem ejus provinciæ demandavimus, ut diligenter cogitent, quomodo damna illa monetaria evitari possint, quorum sententiam ubi cognoverimus, faciemus Regiam Vestram Majestatem, quid hac in re constituerimus, quamprimum certiorem. Regiam Vestram Majestatem recte valere, et omnia ipsi feliciter evenire optamus. Ex pago Rametau, die 6 aprilis, anno Domini 1579.

XLII.

Rudolphus Secundus Romanorum Imperator ad Sacram Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Rudolphus Secundus divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper augustus, etc., Serenissimo principi Domino Stephano regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, etc., amico et vicino nostro charissimo salutem omnisque felicitatis incrementum.

Serenissime princeps, affinis et vicine charissime.

Non dubitamus quin Serenitas Vestra ex Luca Podoski oratore suo jam pridem intellexerit in animo esse legatum ad Serenitatem Vestram brevi mittere, qui et benevolam nostram voluntatem ad capita a Serenitatis Vestræ oratore nobis proposita significaret, et de inopinato etiam ac tristi casu, quo anno proxime præterito Generosus, fidelis, nobis dilectus Georgius a Braun baro in Wartenberg, Silesiæ consiliarius et subditus noster, ex Silesia violenter abductus fuit, nostro nomine apud Serenitatem Vestram ageret (1).

Ceterum quum ad nos delatum sit, eundem Georgium a Braun, libertatis recipiendæ causa, obligationes literis et sponsionibus firmatas dedisse, se intra certum tempus redire in Poloniam velle, ac istud ipsum tempus nunc propemodum immineat, amanter a Serenitate Vestra requirimus, ut obligationes istas vi et metu exortas, irritas pronunciet, fidejussores, ac præcipue Rozrażovium, qui fidem interposuit, sua liberet sponsione, et reliqua ita constituat, ne vel ipsius Georgii a Braun existimatio et fama lædatur, vel illi ulla præterea vis sit metuenda. Id si integre a Serenitate Vestra (quod præter spem et expectationem nobis accidit) obtinere non poterimus, non dubitamus quin Serenitas Vestra hoc solum justitiæ et æquitatis ratione sit factura, ut interea nominatæ obligationes, totumque negotium tantisper suspendatur, donec nos cum Serenitate Vestra per legatum nostrum agamus, causaque legitime decisa fuerit; tum ut Serenitas Vestra subditis suis sub gravi pœna serio præcipiat, ne eundem Georgium a Braun et suos, ceterosque subditos nostros interim offendant. Nam et nos apud nostros ut se contineant severe statuere decrevimus. Kurzbachium vero quod attinet, operam quoque dabimus, ut Serenitas Vestra re ipsa intelligat, nobis nihil magis esse cordi, quam ut discordiis et controversiis subditorum nostrorum compositis, justitia innocentibus administretur, simultates et inimicitiæ tollantur, ac quies et tranquillitas publica, bonaque vicinitas inter utriusque nostrum regna diutissime conserventur. Quibus Serenitatem Vestram, cui omnia secunda optamus, bene et feliciter valere cupimus. Pragæ regia nostra, octavo die

(1) Nota tu należąca jest na drugiej stronie.

apr

aprilis, anno Domini 1579, regnorum nostrorum Romani et Imperii quarto, Hungariæ septimo, Bohemiæ etiam quarto.

Rudolphus.

10 apr.

XLIII.

Maria Leonora in Prussia ducissa ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Serenissime Rex, potentissime princeps, ac Domine clementissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ officia mea paratissima, juxtaque promptum benemerendi studium, ea qua par est et decet reverentia, submisse defero. Serenissime Rex, Domine clementissime, et affinis charissime. Redditæ sunt hisce diebus ab Illustrissimo principe, Domino Guilhelmo, Juliacense, Clevense, Montensi duce, parente meo charissimo, literæ ad Sacram Regiam Majestatem Vestram scriptæ: has Regiæ Majestati Vestræ per hunc nuntium sine mora transmittendas duxi obnixe petens, ut si Regia Majestas Vestra ad eas respondere voluerit, responsum ad me mittere dignetur, quod quum accepero, curabo, ut per certos homines ad illius Illustritatem deferatur. Sacram Regiam Majestatem Vestram Deo Opt. Max., me vero ejus gratiæ etiam atque etiam commendo, humillime rogans, ut qua charissimum meum conjugem, meque Regia Majestas Vestra benevolentia complexa est, eamdem de cætero nobis integram conservet. Nos dabimus operam, ut hanc Regiæ Majestatis Vestræ benignitatem omnibus gratitudinis et observantiæ studiis demereri queamus. Datum Regiomonti, die 10 aprilis, anno Domini 1579.

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ subdita princeps:

Maria Leonora in Prussia ducissa.

XLII. (1) Tego barona Brauna przez las na chrzciny jadącego pojmał (19 czerwca 1578) szlachcic Polski Mieliński (z powiatu Wieluńskiego), mający z nim dawny spór o granicę, ale w rzeczy samej za podszczeniem Andrzeja Górki, kasztelana Międzyrzeckiego, który tym sposobem chciał oddać wet za to, że go był pojmał roku 1576 przez Szląsk na koronacyą jadącego Zygmunt Kurzbach za wiadomością i pomocą tego barona Brauna; kasztelan dodał Mielińskiemu do pomocy kilku innych, nawet kilkudziesiąt Tatarów wojska swego nadwornego, którzy napadłszy na barona Brauna, jego żonę i kilku towarzyszów podróży ciężko zranili, pannę Urszulę Kotwiczównę zabili. Mieliński nie wprzód barona Brauna puścił, aż dał za siebie rękojemcę, Jana Rozrażewskiego podkomorzego Poznańskiego, który zaręczył summą 10,000 złotych Węgierskich, że baron Braun wyrządzonej sobie krzywdy poszukiwać nie będzie. Wytoczyła się ztąd sprawa przed sąd ziemski w Pyzdrach. Cesarz domagał się sprawiedliwości, i pisywał o to do króla. Ciągnęła się ta sprawa przez lat kilka, i nie skończyła się jeszcze roku 1581, bo gdy król był pod Pskowem, przysłał do niego gońca w tej sprawie. Braun nie

XLIV.

Summus pontifex ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Charissime in Christo Fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Mittimus successorem Venerabili fratri Vincentio, ecclesiæ Montis Regalis episcopo, quo hactenus nuntio apud Majestatem Tuam usi sumus, dilectum filium, Joannem Andream Caligarium, utriusque nostræ signaturæ referendarium, virum prudentem, et multis gravibus in rebus, in quibus ipsius opera usi sumus, integritate et fide spectatissima. Habebit Majestas Tua cum ad recta atque honesta omnia, quæ Tibi summopere cordi esse certo scimus, paratissimum. Gratissimum nobis facies, si hunc ea, qua soles nostros, atque Apostolicæ Sedis nuntios, humanitate amplecteris, omnibusque in rebus, de quibus tum in adventu ipso, tum in posterum Tecum aget nostro nomine, non minorem ipsius verbis, quam nostris fidem tribueris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 9 aprilis, anno Domini 1578, pontificatus nostri anno sexto.

---

mogąc doprosić się sprawiedliwości na Mieleckim zasłonionym silnemi plecy kasztelana Górki, porwał roku 1583 z własnego domu Rogackiego, szlachcica ziemi Wieluńskiej, i nie wprzód puścił, aż go przymusił do podpisania ciężkich warunków. O te i tym podobne pograniczne gwałty, tudzież o zwrot zamków, Zatmar i Nemeti, jeszcze przez Maxymiliana Batorym zabranych, certowali przez posły i listownie cesarz Rudolf z królem Stefanem.

XLV. Entrata in Roma dell'ambasciador di Polonia di venerdì sera alli 10 aprile 1579.

Teka Naruszewicza 93. Bibl. Barberiniana vol. 3072, pag 75
87, 5

Fù sontuosa molto con due paggi, tutti armati avanti, che portavano uno stendardo per uno, secondo l'uso di quella nazione. Il giorno seguente e la mattina, ch'era concistorio pubblico, ne comparse dal papa l'ambasciadore di Francia per protestarsi, atteso chè non risegnò il rè suo il regno di Polonia quando si partì, e trovando Sua Beatitudine risoluta d'accettar ancora l'ubidienza dal prefato ambasciadore di Polonia, che per suo consenso entrò la sera inanzi, dopo l'essersi trattenuto in Italia circa un anno, mercè della difficultà accennata, e essersi ancora usate diligenze de messi da ogni ambasciadore per mostrare le ragioni loro, parendo che li Polacchi si fussero protestati, che se non ritornava il Francese, eleggerianno rè nuovo. Basta l'ambasciador di Polonia trattenuto tanto in Italia, prima che ne comparisse a Roma, per li romori che bollevano, consideratosi il tutto, l'ambasciador di Francia gionse a Sua Santità che lo ricevesse almeno senza pregiudizio.

L'ora essendo tarda per questa discordia, consigliavano alcuni cardinali ch'adunati s'erano intanto in congregazione chiamata dal papa apposta per tal novità, che si protestasse nella sala regia, dove s'aspettava l'ambasciador di Polonia per riceverlo. Così calando Sua Beatitudine inginocchiato, l'ambasciador di Francia sempre stando ne proferì simiglianti parole: „Padre Santo. Il mio rè christianissimo partendo di Polonia suo regno, dichiarò essere sua intenzione di non lasciarlo, ma per l'occorrenza del caso vacando l'altro di Francia, onde pigliatone il possesso proveder ia nel governo dell'uno e dell'altro regno. Hora intendendo che un certo Stefano Batori se ne faceva rè, forse eletto da alcuni sediziosi, e non da tutti quelli che s'aspetta, e per conseguenza non legitimamente, mi protesto, che non s'accetti all'ubidienza di rè di Polonia, non vi essendo altro rè che il mio Christianissimo.„ Era presente il notaro che dimandando se Sua Santità contenta rimaneva che stipulasse, rispose: Audivimus.

Partito questo di Francia, l'altro ambasciador di Polonia gionse con l'ordinaria cavalcata, benchè poca gente, per causa che non ci erano Polacchi, nè lor seguaci: era senza quelli stendardi della sera, che se n'andò a smontare al palazzo, quello di S. Angelo datogli dal cardinale Farnese presso campo di Fiore. Appresentandosi al papa, fece un'orazione latina di sua bocca leggiadramente, conforme alla persona sua leggiadrissima d'età di 31 anni, capelo rosso, e statura grande più che mezzana, usando spesso questa parola, felicem obedientiam. Il Boccapadulio, uno delli secretarii, rispose, e ricercò Sua Beatitudine se ne rimaneva contenta che si stipulasse: disse che sì. Però il Boccapadulio soggionse, nè si penetrò perchè, se non per

tentazione, o per mostrare diligenza, se parimente Sua Santità era contenta che si stipulasse, quando che dimandato aveva già l'ambasciador di Francia, che di sorte commosse la Beatitudine Sua, che le mostrò in una certa guardatura insiem insieme con questa semplice risposta che fu: Diximus.

L'ambasciador di Polonia è Paulo Uchański, conte di Sluzevo, etc. Questo rè di Polonia è il voievoda Transilvano principe, che solamente con la Transilvania sua resiste alli potenti di là, facendo in un tratto cento mila cavalli.

XLVI.

Responsio Pontificis ad orationem habitam pro obedientia eidem præstita nomine Regis Poloniæ, data in consistorio publico, die 11 aprilis, anno 1579 (1).

(1). ~~Obacz~~ Jest u Theinera ~~E~~ Annales Ecclesiastici, ~~E~~ etc. Roma, 1856, t. III, p. 61.

Ad Rudolphum Romanorum Imperatorem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissimo et Excellentissimo Principi, Domino Rudolpho Secundo, divina favente clementia electo Romanorum Imperatori semper augusto, etc., affini et vicino nostro charissimo et observandissimo, Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ etc. salutem et omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime et Excellentissime princeps, Domine affinis et vicine noster charissime et honorandissime.

Proficiscitur mandato nostro ad summum pontificem Illustris Paulus Uchański, comes de Stużewo, capitaneus Drohobiciensis, orator noster, cui mandavimus ut Majestatem Vestram nomine nostro salutet diligenter. Petimus etiam a Majestate Vestra, ut, quoniam illi per Majestatis Vestræ ditiones proficiscendum est, literis illum salvi conductus sui Majestas Vestra provideri jubeat, uti et oratorem nostrum, et eum, qui nobis tum sua, tum familiæ suæ causa magnopere est commendatus. Benevalere Majestatem Vestram optamus, eique benevolentiam et studium nostrum commendamus. Datum Varsaviæ, die 10 mensis aprilis, anno Domini 1578, regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex.

XLVII.

Ad cardinalem Varmiensem.

Coll. Faur. 6063. t. 1. Bibl. cesarska w Paryżu.

Stephanus etc. Reverendissime in Christo Pater, et Domine sincere Nobis dilecte. Epistolam Paternitatis Vestræ, qua Nobis annum hunc felicem et prosperum comprecatur, et victoriam ex hostibus partam gratulatur, mense hoc aprili accepimus, utroque nomine Nobis gratam et jucundam. Quod autem Nos admonet, ut in posterum de ducibus cum delectu exercitus proficiscentis curam habeamus, ac Aegyptios fugiamus, hoc singulari illius erga Nos et patriam studio adscribimus, et Aegyptios quidem (quod attinet) quid sentit Paternitas Vestra, et Nos intelligimus: sed ab illis abesse non possumus, eos enim cum regno invenimus in officiis et in functionibus publicis jam inde ab antecessoris nostri temporibus. Verum tamen quæ nostra erga Deum Opt. Max. sincera est fides ac pietas, et in religione christiana

catholica constans voluntas, (in) hoc ubique damus operam, ut munera vacantia viris p[...]
prudentibus, et catholicis, quantum fieri possit, committamus: quod et duce exercituum [...]
qui hujus nostri non ita pridem creando fecimus. Officium enim hoc, in quo multum
momenti positum est, ad Magnificum Nicolaum Mielecki, palatinum Podoliæ, quum
singulari virtute bellica, tum vero insigni erga Deum pietate virum detulimus, quod
ab eo ita administratum iri speramus, ut is nihil eorum in se sit desiderari passurus
quæ in præstanti belli duce spectari solent, et non solum nostro judicio, sed etiam cons[i]lio Paternitatis Vestræ, quod de eo Leopolim Nobis perscripserat, abunde satisfactu[rus].

De Elbingensibus non est quod sit amplius sollicita Paternitas Vestra: jam eni[m] illis voluntatis nostræ non obscuram significationem dedimus, Nos prorsus catholicu[m] parochum in civitate illa velle, literas misimus Reverendo coadjutori episcopatus Pa[ternitatis] Vestræ, neque ante jam nisi negotio perfecto conquiescemus. Bene valeat Paternitas Vestra Reverendissima. Datum Vilnæ, 12 aprilis, anno Domini 1579, regni vero nostri anno tertio.

Stephanus Rex

XLVIII.

13-15 Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus, ad Regiam Majestatem.

Etsi satis S. Regiæ Majestatis Vestræ constantiæ, consiliique gravitati confidebam, ne qui[d] de Uchanscio e legatione revocato, ita ut decretum est, cujusquam hominum precibus aut contentione mutaretur; fateor nihilominus ipsum illud, quod ex Majestatis Vestræ literis c[o]gnoverim, mihi omnino gratissimum, jucundissimumque fuisse. Quamobrem totam hanc no[vam] legationem, legatumque ipsum, tum ea, quæ præterea Regia Majestas Vestra jussit, S. D. N. quam diligentissime e vestigio commendavi, literasque regias tam Sanctitati suæ quam Vicinio inscriptas Pragam usque per certos homines perferendas curavi, inde autem Romam celeriter per publicos tabellarios perferri solere Majestatem Vestram non fugit. Epistolam etiam illius, quæ summo pontifici descripta est, et mearum ipsarum exempl[a] per certum hominem, qui hinc recta Venetias properabat, continuo alia via misi, spe[ro]que vel utras suas, vel ambas, quam brevissime fieri possit, Romam perventuras. Ego hic interea reditum tabellarii regii summa animi expectatione sustineo, verum qu[æ] est istorum negligentia, vereor, ne me ante Romanæ literæ de hac ipsa legatione opprimant, quam ipse ad nos redierit.

Reverendus D. Possevinus Cracoviam secunda hujus mensis venit, unaque secum D. P[...]oscius, S. Regiæ Majestatis Vestræ orator. Eumdem Possevinum cras ego hic, aut ad summum perendie expecto. Quid aliud ad S. Regiam Majestatem Vestram hoc tempore perscribam, nihil certe habeo, tantum precor, et proximam festorum dierum solennitatem Majestati Vestræ quam jucundissimam accidere, et omnia præterea tempora fausta et felicia ad ultimam usque senectutem contingere. Datum Varsaviæ, die 13 aprilis, anno Domini 1579.

XLIX.

Idem ad Regiam Majestatem.

Quas Roma a Reverendo Patre Mercuriano, preposito generali Jesuitarum ad S. Regiam Majestatem Vestram, quasque, ni fallor, a Stephano Aratore Ungaro, ejusdem familiæ sacerdote, literas proxime accepi, eas confestim mittendas duxi, ne, si diutius retinuissem, Majestatem Vestram Regiam eo voluptatis fructu, qui ex ejusmodi literarum lectione percipi solet, interea privassem.

Significatum est mihi a viro cumprimis fide digno, Reverendissimum D. archiepiscopum Gnesnensem, audita revocatione D. Pauli Uchanscii, ~~tantummodo~~ socerum ejus diligenter per literas commonefecisse, ipsum vero internuntium quidem, ad ejus ipsius Pauli necessitates sublevandas conferre voluisse. Reditus ex Italia pueri regii hic a me summo desiderio expectatur, sed quantopere de ejus celeritate confidere possim, adhuc non video. Reverendissimus D. episcopus Plocensis videtur torqueri longiori expectatione literarum Magnifici D. cancellarii: ejus sollicitudini, si potest, quamprimum subveniat rogo.

Episcopus novus Armenorum, qui Leopoli agunt, est, ut audio, petiturus a S. Regia Majestate Vestra confirmationem regiam. Sed quoniam, ut ~~esti~~ moris est, ipse confirmationem apostolicam hactenus non obtinuit, eamque negligit, cupio rem totam in adventum meum Vilnam rejici, causamque istam mihi integram servari. Cumque quid aliud scribam, non habeam, mea studia atque obsequia S. Regiæ Majestati Vestræ humiliter commendo. Datum Varsaviæ, die 15 aprilis, anno Domini 1579.

L. 60

Ulricus, dux Megapolensis, ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Serenissime Rex. Serenitati Vestræ Regiæ salutem dicimus, et operam in omni officiorum genere paratissimam offerimus.

Domine et affinis noster plurimum observande. Illustrissimus princeps, cognatus et affinis noster charissimus, Dominus Magnus, dux Holstinensis, nobis per Dilectionis ejus consiliarium, Joannem Bavarum, significavit, Serenitatis Vestræ Regiæ ~~[illegible]~~ subditum, Joannem Biringum, prætextu amicitiæ, quam se cum Dilectione ipsius sancte colere simulasset, arces et præfecturas aliquot in Livonia dilectioni ejus præripuisse, et quamvis a Serenitate Vestra Regia jussus esset, easdem Dilectioni ejus restituere; tamen Serenitatis Vestræ Regiæ justissimis mandatis hactenus [non] paruisse, neque quicquam prætermisisse eorum, quæ ad interversionem juris pertinerent, quod Dilectioni ejus ex Moschoviticis rapinis adhuc reliquum esset. Eam ob rem a nobis petiit, ut literas has pro Dilectione ejus ad Serenitatem Vestram Regiam scriberemus, quod nos non tantum pro ea necessitudine, quæ nobis cum Dilectione ejus intercedit, libenter annuimus, sed ideo etiam libentius, quod de Serenitatis Vestræ animo omnis æquitatis et justitiæ studiosissimo nobis exploratum, et voluntas atque benevolentia ejusdem erga nos singularis perspecta esset. Cumque plane dubium nobis non sit, si Serenitas Vestra Regia penitus cognoverit, quibus artibus Biringus arces et præfecturas

alienas invaserit, quin pro bonitate naturæ suæ, non modo Biringo serius etiam præctura sit, ut per fraudem occupata restituat, sed ab ipso etiam tam contumaciæ, qua hactenus Serenitatis Vestræ Regiæ auctoritatem contempsit, et iniquitatis, qua in circumvenendis Serenitatis Vestræ Regiæ amicis, et innocentissimo principe usus est, meritas et dignas poenas exactura sit.... Itaque a Serenitate Vestra Regia amanter etiam atque etiam petimus, ut cognato et affini nostro hac in parte commodet, et literas has nostras, quibus Dilectio ejus omnia se consecuturam esse, plane sibi persuasit, plurimum valere patiatur. Id si fuerit, Serenitas Vestra Regia gratissimum sibi principem adjunxerit, et nos, quicquid amoris et benevolentiæ in cognatum et affinem nostrum Serenitas Regia Vestra contulerit, id omne nobis ipsis esse tributum existimabimus, adeoque hoc beneficium regium omni studio et observantia compensabimus. Bene valeat Serenitas Vestra Regia, et nos, uti instituit, perpetuo benevolentia sua complectatur. Ex arce nostra Gustrovii, 16 calendas maii, anno 1579.

LI.

Cautio terræ Samogitiensis pro conservandis privilegiis et libertatibus eidem concessis.

Ex Mss. ~~Bib~~ arch Princ Czartor. 309 f. 35 Teka Naruszewicza ~~93~~. Ex mss. arch. St. Aug. regis.
87 T 7 polskie

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.

Significamus præsentibus literis nostris, quod miserant ad Nos tivuni et officiales universusque ~~exestris~~ equestris Ordo, nobiles, incolæ terræ Samogitiensis, fratres suos, succamerarium terræ Samogitiensis, districtus Eyragolensis, Dominum Nicolaum Stankiewicz Biellewicz, et notarium terrestrem Samogitiensem Adamum Resteykowicz, nec non nobilem ejusdem Samogitiensis ducatus, Georgium Hrihoriewicz Woyniat, super hoc quod tributum in generalibus comitiis Varsaviensibus, nuper peractis, insciis ipsis, decretum ac constitutum est, literæ enim anticomitiales circulares, ut moris est, redditæ sibi non fuerant, et quamvis post tempus ad ipsos devenerint, nec locus tamen, nec dies conventui destinatus fuit. Illi eorum nullam certam habentes notitiam, legatos ad comitia expedire non poterant, et quantumvis memoratum tributum pendere non detrectent, tamen quum illud nec comitiolis suis præcedentibus, nec legatis in conventu præsentibus constitutum sit, respectum habentes ne hoc libertatibus suis jacturam afferat, supplicarunt Nobis, ut id literis nostris pro ipsis caveremus. Itaque quum, prout notitiam hujus rei accepimus, certis de causis literæ circulares ad illos non devenerint, ac proinde legatos illi suos ad comitia non miserint, illudque tributum in absentia legatorum suorum Varsaviensi in generali conventu constitutum atque decretum sit: Nos rex hac de causa literas has nostras ipsis impertimur, idque præsentibus cavemus et certum facimus, quod præfata constitutio juribus, privilegiis et libertatibus illorum minime nocitura, neque præjudicium aliquod allatura est, aut poterit adferre præsentibus et futuris perpetuis temporibus. In posterum igitur literæ nostræ circulares de conventibus, suo tempore ante generalia comitia ad illos perventuræ sunt, ipsique pro peragendis conventibus ad certum locum in Rosienie semper convenire, ac legatos suos ad comitia generalia mittere debebunt. Si autem aliquando literæ antecomitiales opportuno tempore ad ipsos delatæ non fuerint, neque illi perinde legatos ad comitia miserint; pro tunc tali casu, quidcumque in comitiis, absentibus legatis illorum, statuum fuerit, constitutioni huic illi subesse non debebunt. In quorum robur manu nostra regia his literis subscriptis sigillum nostrum apponi jussimus. Datum Vilnæ, ~~anno natalis~~ die 16 mensis aprilis, anno natalis Christi 1579.

Stephanus Rex.
Michael Haraburda notarius.

34½

19 apr.

LI.

~~Ducibus~~ Ducis in Prussia consiliarii ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Serenissime Rex, potentissime princeps, ac Domine, Domine clementissime. Sacrae Regiae Majestati Vestrae, delata officiorum nostrorum omni fide et subjectione plenissimorum promptitudine, diuturnam incolumitatem et prosperrima quoque ex animo precamur. Serenissime Rex, Domine clementissime. Ea quae ad literas Sacrae Regiae Majestatis Vestrae quas in absentia Illustrissimi principis, ac Domini nostri clementissimi, ad 18 hujus mensis reverenter accepimus, respondenda fuerunt, ex superioribus nostris, quas nudius quartus de subsidiis Regiae Majestati Vestrae, Illustrissimi principis, ac Domini nostri nomine decretis dedimus, Sacram Regiam Majestatem Vestram pro sua prudentia atque clementia abunde cognovisse non dubitamus. Ad quae si Regia Majestas Vestra per praesentem cursorem Illustrissimi principis nostri, suam nobis quam celerrime voluntatem clementer exponere dignabitur, pro fide atque industria nostra elaborabimus, ut promissa subsidia ad praescriptum tempus et locum exhibeantur, aut si praeter expectationem nostram, temporis angustia excluderentur, Regiam Majestatem Vestram ejusque exercitum quam citissime subsequantur. Quare ne quid huic negotio impedimenti aut morae interveniat, ... Hanc vero Illustrissimi principis nostri voluntariam ex his terris auxiliorum subministrationem clementi ac benigno animo suscepturam, et has terras regia sua clementia prosecuturam esse, pro firma fiducia nostra certo nobis persuademus. Atque hisce Sacram Regiam Majestatem Vestram diutissime valere, et felicissime regnare, fideliter exoptamus. Datum Regiomonti, die 19 aprilis, anno Domini 1579.

LII. Cardinalis Sirletus ad S. Regiam Majestatem.

18 Quum perspectum haberem Majestatis Tuae animum ad bonarum artium studia promovenda valde propensum, et ego in literis meis promiserim me curaturum, ut quicquid conferre possem, quod ad eam rem pertineret, non omitterem, pro mea in te observantia, Rex clarissime, mihi faciendum duxi, ut tibi significarem esse in urbe insignem quemdam philosophum, Joannem Aloisium Peregrinum, qui aliquot annos in frequenti gymnasio Aristotelis libros magna cum laude est interpretatus. Hic quum Serenitatis Tuae propositum sanctum, et vere regium institutum in dies magis magisque probari perceperit, miro quodam tui colendi desiderio accensus est. Ego quum talem virum, non unum aliquem e populo, sed nobilem philosophum, plurimorum, et ipsius etiam tui Georgii Ticinii, viri clarissimi, testimonio probatum, existimarem Polonicis academiis instituendis multum prodesse posse, haec ad te scribere volui, Rex Serenissime, quibus et eruditissimum philosophum proponerem, et Majestatem Tuam hortarer, ut talem virum honestissima conditione in Poloniam alliciat. Non dubito, quin ea res propagandis literarum studiis multum adjumenti allatura sit, Christo Domino adjutore, quem precor, ut Majestatem Tuam diu incolumem, felicemque conservet. Datum Romae, die 19 aprilis, anno Domini 1579.

LIV.

Wyjątek z listu posła Francuzkiego w Rzymie d'Abain de la Rochepozay do króla Henryka III.

British Museum: mss. bibl. Harlayana, vol. 4471.

Depuis ma précédente depesche l'ambassadeur (1) du Batory a esté receu à faire son entrée et ~~porter~~ presta l'obedience du royaulme de Pologne en la mesme forme et ceremonies que tous autres princes ont accoustumé. Sa Sainctetè et le college des cardinaux estant ~~mais~~ meus de raisons que j'ay cy devant escriptes à Vostre Majesté qui ont de tout temps esté suivis de ce Sainct Siege et voyant qu'il n'y avoit moyen de l'empescher, j'obtins particuliere audience de Sa Sainctetè, où je luy fis ~~buts~~ bien entendre la charge que Vostre dicte Majesté m'avoit donnée en tel cas de faire de sa part protestation en la meilleure forme que je pourrois et trou~~vois~~verois par conseil pour la conservation de ses droits audict royaulme de Pologne. Elle me dict que ~~jour~~ je pouvois faire telle chose sans procuration spéciale de Vostre Majesté qu'elle voulait ~~voirs~~ voir. Je luy dis que je l'avois fort simple et luy fis ~~venir~~ voir qui fut cause qu'elle ne me fist plus de difficulté que sur la forme de faire ladicte protestation, d'autant qu'elle vouloit que je la fisse en chambre particulière sans l'aller faire au consistoire public, ~~que~~, disant que ce n'estoit chose usitée. Je luy respondis que je la pouvois faire ainsi particulière, si elle l'avoit plus agreable, pourv~~eut~~ut qu'il luy pleust me bailler assurance que recevant ladicte obedience en consistoire public, elle respondroit que ce serait sans prejudice des droits de Vostre Majesté, comme elle fist pour le roy Catholique, quant elle receut l'obedience du roy de Navarre: aultrement que je ne pouvois n'y devois faire ladicte protestation que audict consistoire public ~~que~~ afin que outre l'acte que j'en aurois par notaires, les mesmes personnes qui entendroient la reception

LIV.) (1) Posłem do oświadczenia posłuszeństwa Stolicy Apostolskiej był Paweł Uchański, synowiec prymasa, który zarazem oddał kardynałowi Sirletowi list swego stryja z dnia 25 marca 1578

de ladicte obedience, peussent semblablement et en mesme lieu entendre la protestation que je ferois. Sa dicte Sainctetè me ordonna de retourner ce landemain matin, qui estoit le jour qui se devoit rendre ladicte obedience, et quelle prendroit resolution de ce que je deverois faire pour le regard de la dicte protestation, me disant que ce n'estoit le mesme faict que du roy Catholique dautant qu'il estoit en possession de la pluspart de la Navarre, ce que Vostre Majesté n'estoit de Pologne: toutesfois quelle feroit tout ce qu'elle pourrait pour ne prejudicier aux droits de Vostre dicte Majesté, et me trouvant ledict landemain de fort bon matin en l'antichambre de Sa Sainctetè, je trouvay quelle avoit faict faire une congregation pour resoudre de ce faict, où estoient les cardinaulx Moron, Farnaise, Sforse, Cosme et Ursin, lesquels après m'estre venus plusieurs fois parler et me trouvant si resolu, comme j'estois de vouloir faire ladicte protestation en l'une ou l'autre forme que dessus, pour une infinité de raisons que leur alleguay, en fin Sa Sainctetè me fit entendre qu'elle vouloit bailler toute satisfaction a Vostre Majesté pour le regard de la dicte protestation, et qu'elle m'accordoit que je la fisse en plain consistoire public, ~~que~~ comme incontinent après je fis selon l'acte que je luy en envoye avecques la presente depesche, où Sa Sainctetè ne respondit que simplement, Audivimus, parceque cela doit suffire pour la conservation des droicts de Vostre dicte Majesté et ne faict tort à ceux de Battory auquel elle n'a voulu bailler occasion de mes contentement, dautant qu'il est en possession et quelle desire le conserver en l'obeissance de ce Saint Siège pour maintenir toujours par de là la religion catholique. Ce sont les occasions que lón m'a ~~(alleguees)~~ allequées, qui avoient faict faire les difficultez cy dessus pour ladicte prote=

X w Rzymie, i wspaniały wjazd posła Polskiego do tej stolicy świata katolickiego opisał.

roku, bo wyprawiony jeszcze z sejmu Warszawskiego, przybył do Rzymu dopiero 10 kwietnia 1579 roku, jak o tem doniósł królowi Stefan Aratar, penitencyarusz do języka węgierskiego, bawiący podówczas X

protestation, mais estant en doubte de ce qui en pourroit advenir, je m'estois si bien preparé qu'il eust esté malaise de m'empescher d'entrer audict consistoire public pour y faire ce qui estoit requis pour le service de Vostre Majesté, et avois entre aultres avecques moy un bon nombre de gentilzhommes françois qui sont icy, desquels j'envoye une liste à Vostre Majesté pensant quelle aura agreable de la voir, l'assurant qu'ils estoient bien prests de servir de bons tesmoings audict acte et d'autre chose avec s'il s'en fust presenté occasion. Le 20 avril ~~15~~. 1579.

~~Protestacya zaniesiona przez tegoż posła Francuzkiego znajduje się na samym końcu dokumentów do dzieła Margrabiego de Noailles, Henri de Valois et la Pologne en 1572. T. . Nr. .~~

LV.

Protestatio regis Christianissimi contra Transylvanum, electum regem Poloniæ, et ejus oratorem missum Romam ad præstandam obedientiam S. D. N. Gregorio papæ XIII (1).

~~anno 1579 (1).~~

Collection Saint-Germain, 792.

LVI.

Consiliarii ducis in Prussia ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Favr. 6063, t. 11.

Serenissime Rex, potentissime princeps ac Domine, Domine clementissime! Sacræ Regiæ Majestati Vestræ obsequia nostra omni fide et debita subjectione plenissima deferimus, et eidem prosperrima et secundissima quæque ex animo precamur. Serenissime Rex, Domine clementissime. Non necessarium existimamus Sacræ Regiæ Majestati Vestræ pluribus in memoriam revocare qualiter Illustrissimum principem ac Dominum, Dominum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, et in Prussia ducem, Dominum nostrum clementissimum, per oratorem suum, Magnificum Dominum comitem Christophorum Rozrazevium, de voluntario subsidio contra communem hostem, Moschorum ducem, mittendo, clementer compellaverit, quodque prædictus Illustrissimus princeps de convocando ad hanc rem necessario Ordinum hujus ducatus conventu,

(1) Ta protestacya znajduje się na samym końcu ~~dzieła~~ dokumentów do dzieła margrabiego de Noailles: Henri de Valois et la Pologne, en 1572, ~~ale z~~ ~~mylną datą 1579 roku~~.

ex gravissimis causis tunc allegatis et aliis, ipsi Domino legato tam verbis, quam scriptis responderit. Cujus responsi atque promissi Illustrissima ejus Celsitudo pro fide et studio suo non immemor, istum provincialium conventum, ea qua fieri poterit celeritate indixit: et quum ipsimet ad diem præscriptum ex evidentissimis impedimentis præsens esse non posset, nobis hoc negotium mandavit, ut ipsius loco hanc causam cum provincialibus tractandam susciperemus, et omni studio eniteremur, quo Regiæ Vestræ Majestatis desiderio, quantum pro temporis præsentis conditione liceret, satisfaceret, ut denique in quam sententiam communi consilio conventum esset (quia moram res non pateretur), Sacræ Regiæ Majestati Vestræ celerrime suæ Celsitudinis nomine significaremus. Quod quum nobis muneris incumberet, dicto Illustrissimi principis nostri obedientes, quamprimum Ordines ad diem indictum congregati essent, hanc Regiæ Majestatis Vestræ benignam petitionem, et Illustrissimi principis nostri propensissimam voluntatem erga rem istam, favoris ac pietatis plenam, fideliter in medium proposuimus, et quicquid præterea ad perfectionem istius negotii necessarium ac utile nobis visum fuit, studiosissime executi sumus. Etsi autem hæc causa præter expectationem nostram longius per provinciales procrastinata sit, quam forte Sacræ Regiæ Majestati gratum fuerit, attamen speramus ac subjectissime petimus ut Sacra Regia Majestas Vestra hanc moram modici temporis, quam negotii gravitas, et rerum quarumdam difficultas causata est, æquo animo patiatur.

Quod vero ad negotium principale attinet, quum tandem cum provincialibus instituta tractatio ad finem perducta sit, nostri quoque officii esse duximus Sacram Regiam Majestatem Vestram de voluntate atque sententia Illustrissimi nostri principis, et quid de præsidio isto petito sibi polliceri possit, quamprimum certiorem reddere. Quum itaque Sacra 22
Regia Majestas Vestra tam necessariam suarum provinciarum suscipiat curam, ut contra tam immanem ac crudelissimum tyrannum ac hostem maximis copiis pugnandum statuerit..... et quia Illustrissimo nostro principi est singularis et propensa gratificandi voluntas erga Sacram Regiam Majestatem Vestram, ita pollicetur (si Regia Vestra Majestas hanc allegatam assecurationis formulam[1], prout in literis conscripta et perfecta est, in omnibus suis conditionibus, clausulis et articulis approbarit, subscripserit, ac sigillo sui regni confirmatam, nobis per præsentem nuntium remiserit) in hujus belli subsidium, ex mero arbitrio, nulla necessitate juris coactus, quingentos sclopetarios milites Germanos, bene armatos, quamprimum id fieri possit, conductos mittere, et Regiæ Majestatis Vestræ exercitui adjungere, nec non per quinque integros menses ipsis honesta stipendia, etiam ultra id quantum hujusmodi Germanis militibus dari usitatum est, suppeditare. Et quum hæc promissa, spontanea auxilii præstatio a Regiæ Vestræ Majestatis desiderio non absimilis [sit], ideo non dubitamus, Sacram Regiam Majestatem Vestram hoc Illustrissimæ suæ Celsitudinis paratissimum studium sincero et grato animo suscepturam, et prædictam assecurationem non aliter interpretaturam esse, quam quod

---

LVI. (1) Obacz tę assekuracyą daną w Wilnie 8 maja tego roku, w której król powiada, że Jerzy Fryderyk, xiąże Pruski, nie zobowiązkany, ale z dobrej woli obiecał mu dostawić 500 pieszych żołnierzy na wojnę przeciw wielkiemu kniaziowi Moskiewskiemu, spólnemu nieprzyjacielowi. Ostrożny Niemiec chciał mieć zapewnienie na piśmie, że to nie zamieni się w obowiązek, i że nie będzie musiał na każdą wojnę dawać posiłkowego żołnierza.

illius ac hujus ducatus necessitas ita postulant, scilicet æquam aliquam cautionem securitatis acquisitam habere, et propterea nobis hoc nomine nihil penitus imputare. Quippe quum Status et Ordines hujus provinciæ has conditiones omnes exhibuerint, ne ulla ratione aliquod præsidium tale, nisi istis in obligationem deductis suadere, multo minus re ipsa præstandum putarint: quare quum hoc Regiæ Vestræ Majestatis, æque ac regni juribus, nec non pactis perpetuis minime sit detrimentosum, sed æquitati consentaneum, ~~ideo~~ itaque eo magis confidimus hanc rem nullam difficultatem habituram, quo Sacra Regia Majestas Vestra, ista obligatione perfecta, ac nobis transmissa, istos milites quingentos primo quoque tempore in auxilium suscipere possit. Et in casum istum subjectissime petimus, ut Sacra Regia Majestas Vestra nobis (si hoc ita visum sibi fuerit) clementer significet quam cito, et quo tempore ad istam militiam velit accingi, et in quæ loca supradictos sclopetarios Illustrissimi nostri principis mittere et mandare debeamus. Et quia ad minimum duo requiruntur menses (postquam Regiæ Vestræ Majestatis declaratio ad nos pervenerit), quo hi quingenti auxiliarii milites conscribi, et ad Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ exercitum venire queant, unde hæc res majorem celeritatem explicatæ regiæ mentis requirit, quocirca hæc necessaria curare et providere possimus. Ad quod sicuti tenemur, ita et obsequentissimum nostrum studium et expeditum et promptum pollicemur. Atque hisce Sacram Regiam Majestatem Vestram omnipotentis Dei præsidio munitam, quam diutissime salvam atque incolumem optamus, et illius gratiæ et clementiæ nos humiliter commendamus. Datum Regiomonti, die 25 aprilis, anno Domini 1579.

LVII

Cardinalis Varmiensis ad S. Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Fonds. 6063, t. 1.

Venit huc tandem orator Majestatis Vestræ: quam ex itineris tarditate molestiam acceperamus, eam ingenti voluptate, quam res ab illo feliciter gesta nobis attulit, compensavit; nam ita munere suo functus est, ut ne Muretus quidem potuerit melius: magna cum attentione, quin et admiratione fuit auditus ab omnibus cum summa Vestræ Majestatis et gentis nostræ totius laude. Nec enim tale quid expectabatur ab homine equestri, quale præstare visus est. Et ipse pontifex, quum ad Sanctitatem ejus venissem, et multi cardinales et orationem et actionem ejus in coelum usque laudibus tulerunt, quo nomine plurimum Majestati Vestræ gratulor. Supplicaveram ~~atque~~ Majestati Vestræ toto biennio, et initio vertentis hujus anni petiveram, ut hoedis meis Elbingensibus mandaret, liberam ut potestatem permittant evangelii prædicandi in civitate Majestatis Vestræ.... Quamvis autem cubicularius Vestræ Majestatis nullas ab Illa literas, nec a quoquam fere alio ad me attulit, tamen meis vacuum eum dimittere nolui, quin et auctor fui, ut ante diem Paschatis hinc ne discederet. Quod superest, Deum precor, ut S. Majestatem Vestram quam diutissime servet incolumem, cujus gratiæ, clementiæ, protectionique regiæ me quam humillime commendo. Datum Romæ, die 22 aprilis, anno Domini 1579.

LVIII.

Regia Majestas duci Juliacensi.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.

Illustris princeps, Domine amice Nobis charissime. Legimus in literis Illustritatis Vestræ sane quam libenter nostrum studium, quo Illustrem et præstantem omnibus virtutibus, se, suorumque splendore dignis, principem in Prussia ducissam, affinem atque amicam nostram charissimam, Illustritatis Vestræ filiam, complectimur, et cognitum et pergratum esse: quod quidem ut a Nobis certo judicio, atque adeo ab officio nostro, quo eos, qui nostra in fide et clientela sunt, prosequimur, susceptum est, ita et conservabitur semper, et, quoties se dederit occasio, augebitur.

De alterutra præfectura, Risenburgensi aut Preuschmarcensi, Illustri principi in Prussia ducissæ concedenda, actum a Nobis jam ante esse cum Illustri principe, Domino Georgio Friderico, marchione Brandeburgense, affine et amico nostro charissimo, Illustritatem Vestram ex suis literis intelligimus non ignorare. Etsi vero Nobis ab ejus Illustritate ita responsum esset, ut et ærarii ducalis rationes ære alieno implicatas hoc tempore fructuum alterutrius præfecturæ alienationem pati non posse ostenderet, et Illustri ducissæ ad omnem commoditatem, et redituum amplitudinem jam ante prospectum esse assereret, tum si præterea ejus Illustritas quicquam aliquando desideratura esset, id se atque Ordines provinciæ ut desit illi non passuros promitteret; nosque acquiescendum excusationi judicaremus, potissimum quum decreto nostro, quod de ducatus Prussiæ gubernatione, et mentis ægritudine afflicti principis cura tulimus, recte ejus Illustritatis quum dignitati, tum emolumentis cautum, et Illustris princeps marchio pro arctissima propinquitatis necessitudine, nullum humanitatis, liberalitatis atque officii genus prætermissurus esse videretur; tamen ut Illustritas Vestra intelligat, suam apud Nos commendationem plurimum valuisse, Illustrem marchionem ex Germania reversum iterum eam ad rem non gravatim adhortabimur. Quicquid autem consecutum fuerit, Illustritatem Vestram sibi persuaderi cupimus, Nobis Illustrem ducissam in Prussia, filiam suam, atque omnia ejus ornamenta et commoda haud secus quam si ex Nobis nata esset, charissimam semper et commendatissimam futuram esse. Illustritatem Vestram bene valere exoptamus. Datum Vilnæ, die 26 mensis aprilis, anno Domini 1579.

LIX.
Ad Imperatorem Romanum.

Bibl. cesarska w Paryzu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissimo et excellentissimo principi, Domino Rudolpho secundo, divina favente clementia, electo Romanorum Imperatori, semper augusto, etc., affini et vicino nostro charissimo, Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, etc., salutem et continuum mutuæ benevolentiæ incrementum.

Serenissime et excellentissime princeps, affinis et vicine noster charissime. De studio Majestatis Vestræ mittendi ad Nos legatum suum et ex literis proxime ad Nos allatis, et jam ante ex venerabili Luca Podoscio, præposito Gnesnensi, nuper ad Majestatem Vestram nuntio nostro, cognovimus, ac legatum expectamus. Quod ad causam Generosi a Braun attinet, mandata ad Magnificum Andream Opaliński, regni nostri mareschalcum et generalem Majoris Poloniæ capitaneum, dedimus, ut quicquid eo in negotio obligationum sponsionumque intercessit, id differatur, dum Majestatis Vestræ legatus ad Nos perveniat, utque operam det generalis ille capitaneus, ne qua Geargio a Braun, ejusve subditis vis injuriave afferatur, cui studio nostro prohibendarum injuriarum Majestatem Vestram, pro eo ut Nobis per literas pollicetur, similitudine voluntatis atque curæ suæ responsuram esse confidimus. Quod se Majestas Vestra in barone Kurzbachio facere velle ostendit, quum fecerit, æquitati convenientissimum erit, et Nobis pergratum accidet, et vicissim eam libenter operam dabimus, quam se navaturam Majestas Vestra significat, ut inter subditos nostros, compositis præteritorum temporum offensionibus, concordia mutuusque inter se amor et vicinitatis conjunctio et redintegrari et conservari semper possit. Majestatem Vestram bene feliciterque valere atque omni successum felicitate florere exoptamus. Datum Vilnæ, ultima aprilis, anno Domini 1579, regni vero nostri anno tertio.

Stephanus Rex.

LX.
Ducissæ Prussiæ.

1 maia.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.

Illustris princeps, Domina affinis et amica nostra charissima. Quibus nos literis Illustri principi, Juliæ Duci, Vestræ Illustritatis parenti, respondemus, eas ad Illustritatem Vestram mittimus, ut pro eo ac se facturam per literas nobis significavit, ad ejus Illustritatem per occasionem perferri curet. Accipiet vero Illustritas Vestra illarum literarum cum hisce nostris exemplum, ex quo intelliget (quod jam ante Illustritati Vestræ

obscurum esse non potest), nos studium, benevolentiam nostram, qua Illustritatem Vestram singulariter ac plane paterne complectimur, et conservare, et augere, et quoties se res occasioque dederit, testatissimam facere velle. Quod cupimus sibi Illustritas Vestra de nobis etiam atque etiam persuadeat, quam bene valere exoptamus. Datum Vilnae, die prima mensis maii, anno Domini 1579, regni nostri anno quarto.

LXI.

Summus pontifex ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Charissime in Christo Fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Reddidit nobis literas Majestatis Tuæ dilectus filius, Paulus Uchanscius, secretarius Tuus, quem ad nos miseras, mandataque exposuit diligenter. Vidimus, audivimus cum libentissime, quamdiu hic fuit. Is nunc discedit revocatus, ut ait, a Majestate Tua: quid igitur actum sit, ex ipso cognosces. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 2 maii, anno Domini 1579, pontificatus nostri anno septimo.

LXII.

Cardinalis Comensis ad Sacram Regiam Majestatem.

Egregius vir, Paulus Uchanscius, Romam ante aliquot menses a Majestate Vestra missus, literas mihi ejus humanissimas reddidit, atque de illius propensa erga me voluntate ea narravit, quæ optatissima mihi et jucundissima fuerunt. Etenim quum loci et dignitatis vestræ regiæ amplitudo atque sublimitas, tum vero præstantissimæ animi et corporis dotes, maximarumque ornamenta virtutum, quibus Majestas Vestra longe clarius, quam regio ipso diademate fulget, faciunt, ut ingentem ex illius in me benevolentiæ testificatione capiam voluptatem, et mecum præclare agi putem, quotiescunque datur occasio singularis meæ observantiæ ac devotionis erga [Majestatem Vestram] testandæ ac declarandæ. Ad quod quidem præstandum, quum ego omnem operam et industriam contulerim illis in rebus, de quibus Uchanscius mecum jussu Majestatis Vestræ egit, qui singulari solertia, fide ac prudentia, munere sibi commisso functus est, malo ex eo nunc redeunte, quam ex meis literis, quæ acta sint, Majestatem Vestram cognoscere. Cæterum, quum Majestas Vestra tantæ suæ in me humanitati benignitatem quoque addere voluerit misso sebellinarum pellium dono, ego quidem quantas maximas possum ago et habeo Majestati Vestræ gratias. Sed quoniam grati animi mei sensum assequi et æquare hac epistola non possum, Illustrem magnum cancellarium meis literis rogavi, ut ipse vicem meam suppleat hac in re apud Majestatem Vestram, quam diutissime et felicissime regnare opto, meque illius gratiæ ac benevolentiæ humillime commendo. Romæ, die 2 maii, anno Domini 1579.

LXIII.

List Jana Drohojowskiego, posła Polskiego w Konstantynopolu (1), do Mikołaja Mieleckiego województwa Podolskiego.

Teka Naruszewicza 93. 87, D 8 oryg.

Mościwy Panie Woiewodo Podolski. Służby me powolne w łaskę W. Mości mego miłościwego Pana pilnie zalecam.

Przez te czasy wszystkie, iakom do Turek wyiachał, iuż to szósty list do W. Mości piszę, a do tych czasów żadnego odpisu od W. Mości nie mam, chociaż owdzie dosyć kupców y inszych ludzi z Polski przyieżdża.

Doszło mię pisanie króla Iego Mości, w którem mi król I. Mość pisze abym się z poselstwem zatrzymał, ażby mi insza informacya postała. Uczyniłem woli i rozkazaniu Iego K. Mości dosyć, y oczekiwałem niedziel pięć po przyiechaniu do Konstantynopola, niżlim poselstwo carowi Tureckiemu oddał. Ale potem za tak długiem przedłużeniem, die 26 aprilis rozkazano mi do cesarza iechać, y tam to, com od króla Imci na instrukcyi miał, przed baszami i przed cesarzem sprawowałem, y co za respons odniosę, takom z baszów wszystkich wyrozumiał. Widzę że cesarz Turecki y baszowie są bardzo obruszeni, z strony zniesienia zamku tego, który na grunciech Koronnych ku szkodzie Rzeczypospolitey iest zbudowan, y tam baszowie powiedzieli, że pierwey mury Konstantynopolskie y kościoły obalić się muszą, niżli ten zamek obalon będzie. Z strony też Tatarskiego cara tedy widzę, że bardzo stronę iego dzierżą y nie nayduią go winnym o to, że P. Broniowskiego tak długo trzymał, ale maią czausa do niego posłać rozkazuiąc mu, aby z królem Iegomością stateczną przyiaźń wiódł, tak iako z przodki króla Imci miał, ale na pomoc królowi Imci Tatarom iachać rozkazać nie mogą. Także y Białogrodzkich Tatarów do Moskwy teraz posłać nie chcą, wymawiaiąc się swą wielką potrzebą, y owszem cesarz Turecki posłał wielkie upominki carowi Tatarskiemu, które szacuią więcey niżli dwa kroć sto tysięcy we złocie, żądaiąc go aby iechał mścić się porażki brata swego Adelgiereia y woyska Tureckiego, bo cesarz Turecki też woyska swoie bardzo wielkie przeciwko Persom posyła, przy nich kilka Beglerbegów. A tak

---

XIII. (1) Kiedy na miejsce Piotra czyli Petrylły, wojewody Multańskiego, dwa razy z hospodarstwa rugowanego, raz przez Podkowę z Niżowcami, drugi raz przez brata jego Alexandra z tymiż Niżowcami, nastąpił Jankuła, Sas rodem z Siedmiogrodu, który przedarowawszy wielkiego wezyra, wkręcił się na hospodarstwo, i kiedy to nie na rękę było królowi, który miał w Piotrze dogodniejszego sąsiada, posłał król roku 1578 do Porty Jana Drohojowskiego z poleceniem, żeby Jankułę starał się usunąć z hospodarstwa, a Piotra przywrócić.

żąda aby król Jegomość do dwu lat przymierze z Moskiewskim wziął, a potem gdzie Turcy z Tatary odprawią się z Persy, tedy wszystkim Tatarom z chęcią rad rozkaże przeciwko wszystkim nieprzyiacielom króla Imci iachać. Do baszy Budińskiego y sandziaka Fylackiego posłał rozkazuiąc mu, aby naiazdów żadnych do ziemie Spiskiey z strony Tureckiey nie czyniono, y to coby iedno pobrali wrócić zaraz srodze rozkazano. Do cara Tatarskiego iuż też posłano, aby list przymierny królowi Imci posłał, taki iaki oyciec iego z przodki króla Imci miał. O tem też pewną wiadomość baszowie maią, że car Tatarski P. Broniowskiego hoynie darowawszy do króla Imci odesłał. A tak się ia iuż nie spodziewam na żegnaniu inszego responsu, iedno iako mi baszowie przy sprawowaniu poselstwa powiedzieli, iż ia spodziewam się odprawę mieć w tym dniu, i tak rozumiem że wyiadę za dziesięć dni. Baczę to dobrze, że sami teraz wielkiey pomocy potrzebuią, bo im Persowie bardzo silni, y dwa woyska porazili Tureckie, a ktemu, iż sam w tym tygodniu wieść przyszła że ~~[illegible]~~ arcyxiąże Karzeł z grafem Deserein w Węgrech wielkie woyska maią, y zamek iakiś oblegli, którego mocą dobywaią. Die 28 aprilis do Konstantynopola tę wieść przyniesiono, że Persowie wszystkie konie y wielbłądy Mustafie baszy y Babilońskiemu baszy, które były na trawie, pobrali, z temi wszystkiemi woyskami, które tam są przy nich na Perskich granicach, z czego są Turcy bardzo żałośni, y ci co na woynę iechać muszą, z wielką niechęcią iadą. Bo się inszym Persowie bardzo znać dali, y prawie teraz między nie timor et tremor venit. Die 2 mai woysko Tureckie przeciwko Persom z Konstantynopola y inszych prowincyi się ruszyło. Szóstego kwietnia w sobotę też iedna galera przyszła z Afryki, że król Ferki Machmud Luk przymierze wziął z królem Hiszpańskim y Portugalskim, y po porażce króla Portugalskiego w tych czasiech przed zimą ciało zabitego króla Portugalskiego odesłał (2), y duka de Arandsion powinnego królewskiego ze wszystkiemi więźniami, który u niego byli, wypuścił, a Turki wszystkie, którzy mieszkali w iego ziemi, wybił, y królowi Perskiemu sześć tysięcy elefantów na pomoc posłał, których się Turcy bardzo boią. Od czasu tey woyny Perskiey iuż cesarz Turecki po dwakroć dział wielką liczbę stracił, y teraz znowu insze działa posyła z Konstantynopola, które wyszły die 2 maii, y prowadzić ich maią morzem aż do Alexandryi (3). Tam z łaski Bożey wszystka moia comitiva dobrze zdrowa. Ztamtąd nie masz co więcey do W. Mości pisać, tylko się łasce W. Mości memu Miłościwemu zalecam. Dan w Konstantynopolu dnia 4 maia roku 1579.

(2) ~~W jesieni~~ Dnia 4 sierpnia roku 1578, Portugalczycy ponieśli od Arabów ogromną klęskę na równinach Alkazar w Afryce, gdzie y król ich Sebastian zginął.

~~Epistolæ Stephani Aratoris Pannonii S. J. Pœnitentiarii Apostolici ad Stephanum Bathorium Regem Poloniæ~~ (1).

LXIV.

Cardinalis S. Georgii ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Majestatis Vestræ Illustris orator ad hanc Sanctam Sedem et literas mihi attulit sane jucundissimas, et de sua erga me benevolentia quam pluribus verbis fidem fecit, quod licet mihi jam pridem fuit exploratum, audivi enim quantopere amicos diligat, quamque omni officiorum genere prosequatur, fuit mihi nihilominus perquam gratissimum, tum quod humanitas ac benignitas Majestatis Vestræ mihi clarius innotuit, tum quod occasionem nactus sum animi mei, meæque erga illam observantiæ atque obsequii declarandi: qua de re etsi eidem oratori suo cumulatius fidem fecerim, tamen et hæc repetenda censui, ut tanquam suæ apud me literæ amoris et gratitudinis, ita meæ apud Majestatem Vestram observantiæ et reverentiæ sint testimonium. Ceterum sciat Majestas Vestra, sibique illud omnino persuadeat, me et officia mea et studia omnia pollicitum esse libenter, et libentius præstaturum, si qua in re usui esse potero. Datum Romæ, quinta nonas maii, anno 1579.

LXV.

Stephanus Arator Pannonius S. J. pœnitentiarius apostolicus ad Regiam Majestatem (1).

Teka 87 d 11. Ex cod. Val. inl. Vat. 6205 p. 173

---

(1) List ten z dnia 9 maja 1579 roku, w którym jest opisany wjazd posła Polskiego, Pawła Uchańskiego, do Rzymu, znajduje się w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. 1, p. 303–307.

ea quiete uti fruique queat, exemplo suorum prae-
decessorum speciali diplomate confirmare teloniorumque
praefectis serio imponere velit, ut justa eam merces co-
emptas, omni tempore, sine novis mandatis, liberas a vectigalis
solutione praestent.

Ceterum quum etiam in districtu Grabinensi, quem
Celsitudo sua hypotecae jure in Curlandia tenet, res varias
ad necessitatem aulae suae coemere et deinde in castrum Mem-
mel quotannis victualia mittere necesse habeat, quae per
Regiae Majestatis Vestrae praefecturas Polangensem traduci opor-
tet, praefecti teloneorum, merces ejusmodi detinere vectigalque
exigere, novo exemplo attentant. Quum itaque superiores
Poloniae reges, liberam facultatem ejusmodi merces trans-
mittendi Celsitudini suae hactenus concesserint, rogat Re-
giam Majestatem Vestram Celsitudo sua humiliter, velit
et nunc praefectis teloniorum serio mandare, ut deinceps
juribus et immunitatibus suae Celsitudinis non officiant,
sed liberam sine vectigalis exactione, quovis tempore res
ejusmodi transportandi potestatem ipsi faciant. Quae cum
aequitati et juribus conveniant, non dubitat Celsitudo sua
Regiam Vestram Majestatem pro sua clementia, et in ipsam
benevolentia, libenti animo petitionibus suis locum datu-
ram. Quod perpetua memoria custodiet, obsequiisque
suis gratissimis promereri contendet. Datum Regiomonti,
16 januarii, anno Domini 1577.

Albertus Fridericus.

LXVI.

Cavet Regia Majestas duci in Prussia de voluntario subsidio ab eodem duce ad expeditionem Polocensem Majestati suæ misso.

Teka Naruszewicza 87. d 10 93. Ex arch. regni, et ex Cod. dipl. Dogieli, t. IV.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc. Significamus his literis nostris, quorum interest, universis et singulis, earum notitiam habituris. Posteaquam Illustris princeps, affinis noster charissimus, Dominus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis in Prussia, Stetini, Pomeraniæ, Cassuborum ac Vandalorum, nec non in Silesia Carnoviæ etc dux, burgravius Norimbergensis, ac Rugiæ princeps, per sincere Nobis dilectum legatum, et curiæ familiarem nostrum, comitem Christophorum Rozrazovium, benevole a Nobis requisitus esset, ut ad præsentem expeditionem nostram, quam Dei auxilio freti, gravissimis et justissimis ex causis contra communem hostem, Moscorum ducem, hoc tempore suscepimus, aliquid subsidii voluntarii, utilitatis publicæ causa conferret, et certo peditum sclopetariorum numero exercitum nostrum augeret, Illustritas vero sua ad hanc requisitionem et petitionem nostram, nullo quidem obligationis aut pactorum jure, sed suæ erga nos propensissimæ voluntatis declarandæ studio, communicato cum ducatus sui Ordinibus consilio, quingentos sclopetarios pedites, per quinque mensium intervallum, durante contra Moscum hoc bello, sine stipendiis alere sponte ac liberaliter promisisset: Nos hanc Illustritatis suæ benevolentiam et promptitudinem non tantum grato et benigno animo agnovimus et suscepimus, verum etiam ne voluntaria et spontanea hæc auxilii suppeditatio Illustri in Prussia duci, Domino Georgio Friderico aut Illustribus ejus successoribus, ullo jure unquam præjudicio aut detrimento esset, aut a Nobis et Serenissimis successoribus nostris pro jure debito unquam allegari vel usurpari posset, eidem Illustritati ipsius ejusque successoribus, ac toti Prussiæ ducatui, hoc nomine cautum et prospectum esse voluimus. Quemadmodum præsentibus hisce reversalibus nostris, nostro et successorum nostrorum, regnique nostri nomine, cavemus, et verbo nostro regio pollicemur, nec non harum literarum vigore statuimus, neque hanc, neque ullas alias voluntarias, et solo gratificandi animo factas, in pactis non expressas, auxiliorum subministrationes vel a Nobis, vel a Serenissimis successoribus nostris, vel a quoquam in regno nostro in aliquam pactorum vim pro jure debito allegari, usurpari ac in posterum exigi debere, sicut et hæc quingentorum sclopetariorum subsidia non aliam in partem accipi, vel a quoquam interpretari volumus. Promissos vero quingentos sclopetarios Nobis ejus Illustritas sistere tenebitur sub exitum mensis junii, quo

tempore quoque Nosmet ipsi cum exercitu nostro ad hanc expeditionem progrediemur, ubi vel Nos et exercitum nostrum comitabuntur, vel ut primum parati fuerint, subsequentur. Postquam autem exercitum nostrum attigerint, stationem inter ceteros stipendiarios milites nostros honestam eis dabimus, de commeatu necessario non minus, quam ceteris millibus nostris, pro justo pretio prospiciemus, et ab omni aliorum militum nostrorum vi et injuria, pro auctoritate nostra, eos defendemus et tuebimur: majoribus autem, quam ceteros milites nostros, oneribus atque periculis temere eos objici, aut contra alium quemvis hostem, quam Moschum, ejusque exercitum a quoquam duci, vel aliquem ulla in re opera ipsorum minime abuti patiemur. Quodsi vero evenerit, hoc bellum ante quinque istorum mensium expirationem transactione aliqua et pacto, vel felici victoria, aut aliqua ratione perfici atque dissolvi, et exercitum nostrum dimitti, liberum quoque Illustri in Prussia duci fuerit, hosce milites suos subsidiarios ad id tempus revocare atque dimittere, quod si fiet, liberum et securum militibus iisdem transitum atque reditum clementer concedemus. Si vero ultra id spatium quinque mensium in castris contra eundem hostem exercitum nostrum commorari contigerit, invitos eos non detinebimus, sed diutius Nobis militare volentibus nostra stipendia, qualia Germanis militibus dari solent, aut ab Illustri principe data fuerunt, in posterum ex ærario nostro largiri pollicemur. Quæ universa et singula, uti verbo nostro regio, et Serenissimorum successorum nostrorum, nec non regni nostri nomine polliciti sumus, ita Illustri in Prussia duci, affini nostro charissimo, ejusque successoribus, et ejus ducatus incolis, sarta tecta servabimus, et servari faciemus. Ut autem ejus Illustritati ac ejus successoribus cavemus, ne quid illis hoc voluntarium subsidium in posterum præjudicare aut nocere possit; ita etiam hac nostra cautione Nos recedere velle a pactis, et privilegio donationis feudi ducatus in Prussia, juribusque nostris nulla in re existimari volumus, ita ut ea in omnibus et per omnia prorsus salva et integra perpetue maneant, eaque servitia ac omnia, quæ Nobis et successoribus nostris, Poloniæ regibus, vigore ac ratione eorundem pactorum juriumque nostrorum, ac successorum nostrorum ex feudo ducatus in Prussia debentur, ejus Illustritas, ac alii in Prussia duces præstare debeant et teneantur. In quorum omnium fidem hasce literas manu nostra subscripsimus, et sigillo regni nostri muniri mandavimus. Datum Vilnæ, die octava mensis maii, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

Stephanus Rex.

LXVII.

Responsum a Statibus Prussiæ regiis nuntiis in comitiis Graudenti habitis datum (1)

Teka Naruszewicza 87, 912. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 33

Serenissime, potentissimeque Rex et Domine, Domine clementissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ summa obsequiorum nostrorum studia, humillimo quo decet venerationis affectu, et singulari qua possumus ac debemus subjectionis observantia, perquam reverenter ac submisse deferimus.

Serenissime Rex ac clementissime Domine. Nobis in hoc conventu ad diem Divo Stanislao sacrum ex præscripto constitutionum nostrarum, proque legum et consuetudinum patriarum ratione congregatis inter cetera quædam mandata, Sacræ Majestatis Vestræ literas Reverendissimus et Magnificus Dominus Stanislaus Karnkowski Vladislaviensis et Pomaraniæ episcopus, et Joannes de Slusewo palatinus Brestensis et Medzericensis capitaneus, Majestatis Vestræ Regiæ ad nos missi legati, exhibuerunt, ex quibus volupe nobis fuit cognoscere, nostrum studium, observantiam et subjectionis fidem jucundam cognitu et hoc maxime tempore non ingratam Sacræ Majestati Vestræ Regiæ accidisse, quodque id belli subsidium, quod sincero animo in usum communis Reipublicæ damus, grato animo accipere voluerit, et ad incolas episcopatus Varmiensis suas literas clementissime dari jusserit, ut communem hanc nobiscum contribuendi rationem suscipiant.

Quod vero nos præterea benignissime hortatur, ut pro hujus belli rationibus medietatem ejus pecuniæ pro festo Divi Stanislai, reliquum vero pro festo Bartholomæi conferamus, ea de re responsum nostrum supradictis Reverendissimo et Magnifico Dominis legatis Majestatis Vestræ Regiæ dedimus. Quamvis ea pecunia, quæ a miseris et inopibus subditis ferme exprimenda est, non tam cito, quam quidem volueramus ipsi, conferri possit, sed necesse erit, ut eam ob causam iterum intra paucas septimanas collatis rationibus conveniamus omnes, et id constituamus, quod ad summam illam integre conferendam necessario fore judicaverimus. Quod Sacræ Majestati Vestræ Regiæ humillime significandum esse existimavimus, ne alias de conventione illa nostra cogitationes suscipiat, quam eas esse illius rationes, quas ipsa necessitatis ratio et communis Reipublicæ bonum a nobis extorserit.

LXVII (1) Na sejmie prowincyonalnym w Grudziądzu król żądał przez swych posłów, biskupa Karnkowskiego, i wojewodę Brzesko-Kujawskiego, żeby połowa summy 100,000 złotych przyznanej mu przez Stany Pruskie, zaraz była wypłaconą, druga połowa na ś. Bartłomieja. Na tymże sejmie domagał się przez posła swego Kromer, koadjutor biskupstwa Warmińskiego, o miejsce w Stanach Pruskich, między któremi jako cudzoziemiec, to jest Polak, dotąd nie zasiadał. Z niczem odprawiony.

Quum vero interea temporis de jurium, privilegiorum atque libertatum nostrarum conservatione, æque atque antehac simus solliciti; agimus tamen Sacræ Majestati Vestræ Regiæ humillimas ac immortales gratias, quod nihil pro regia sua in omnem æquitatem propensione, unquam juribus, libertatibusque nostris detractum, sed eas sartas tectas inviolatasque conservare, deque illis augendis cogitare, eamque ob causam comitia primo quoque tempore indicere clementissime cupiat.

Quamvis existimemus res illas, quæ cuiquam videri possint dubiæ, extra comitia etiam definiri et terminari posse, quodque non tantum maximo cum periculo conjunctum sit, libertates et privilegia nostra comitiorum cognitioni subjicere, sed quod a comitiorum rationibus et regni constitutionibus immunes semper fuerint, præterquam quod difficultates nobis non ita pridem objici cœptæ, per se tam sint perspicuæ, ut nulla disceptatione indigere videantur. Quod enim potest esse clarius, quam omnes causas notabiles cum consilio consiliariorum harum Terrarum tractari, definiri et terminari debere? Quod ubi ex præscripto privilegiorum observabitur, nullo opus erit ad res nostras definiendas comitiorum communi consilio. Quid dilucidius, quam quod dignitates et officia, castra et tenutæ in hisce Terris nulli, nisi proprio et possessionato indigenæ conferri debeant? Contra quæ privilegii manifestissima verba si extraneis dentur, quid fit aliud, quam quod privilegiorum usus nobis contra conceptam spem nostram de privilegiorum inviolabili conservatione præciditur? Quid tandem manifestius, quam quod omnia telonia in aquis et terra perpetuis temporibus soluta et relaxata esse debeant, nullo unquam tempore ex quacunque causa aut occasione instituenda aut imponenda? Quibus vero quid magis contrarium, quam exactorem teloniorum in ipso meditullio ad ripam fluminis constitutum videre, idque, imperium jam gerente Majestate Vestra Regia, quum ceteræ difficultates ante ejus adventum enatæ dicantur? Quorsum igitur opus fuerit de luce meridiana clarioribus verbis, quæ longissima consuetudo, optima legum interpres comprobavit, controversiam movere et disceptationem suscipere? Nostro certe judicio ea omnia, interveniente clementia et auctoritate Sacræ Majestatis Vestræ Regiæ, quemadmodum et alia multa, ut sunt juramenti Majestatis Vestræ Regiæ declaratio, privilegiorum toties promissa confirmatio, juris Culmensis revisio, decretorum contra illud promulgatorum abolitio, et id genus alia, etiam extra regni comitia sopiri et complanari poterant, quemadmodum id Reverendissimus et Magnificus Domini legati Majestatis Vestræ antehac futurum receperant, eaque potissimum ratione nobis persuaserunt, ut summam illam centum millium florenorum tanto majori cum alacritate conferremus. Nosque eam indubitatam spem conceperamus, fore, ut ea Majestas Vestra Regia nobis primo quoque tempore benignissime præstaret, quemadmodum etiam quanto possumus maximis precibus humillimo studio rogamus et obsecramus, dignetur Sacra Majestas Vestra Regia, afflictorum subditorum suorum clementer habita ratione, ea nunc tandem non tantum clementissime

præstare, sed et omnes illius difficultates atque incommoda contra manifesta jurium et privilegiorum nostrorum verba irrogata, pro clementia et munificentia sua regali benignissime tollere et hoc inprimis efficere, ut exactor ille telonii illius aquatici, a quo harum Terrarum incolæ variis incommodis ac detrimentis, detinendis navibus, describenda mercium impositarum summa, exigendo a lignis telonio et interdicenda libera salis per adversum flumen traductione afficiuntur, ex his Terris Prussiæ sine longiori dilatione removeatur.

Qua una re, quæ alioquin juri conveniens et cum totius Reipublicæ tranquillitate conjuncta est, Regia Vestra Majestas suæ mansuetudinis, æquitatis et clementiæ laudem apud omnes subditos faciet celeberrimam, et nos ad omnia fidelitatis et subjectionis obsequia semper et ubique constanter et humillime longe reddet devinctissimos. Quod et judicii Culmensis clementissimam confirmationem nobis transmittere Regia Majestas Vestra dignata fuerit, ei permagnas demisse agimus gratias.

Postremo quod de scribis cancellariæ Majestatis vestræ humillime questi fueramus, id quid sit, ipsis Dominis cancellariis per literas nostras significavimus, neque dubitamus quin ipsi eam nostri et communium Terrarum rationem habituri sint, quæ fideles officiales Sacræ Majestatis Vestræ Regiæ decet. Quod superest, Regiæ Majestati Vestræ fidei et subjectionis nostræ debitum, nec non inserviendi cupiditatem cum humillimo gratificandi studio pro summis facultatibus nostris exoptamus semper et ubique esse perspectissimam. Eandem Regiam Majestatem Vestram Deo immortali diutissime superstitem, bona valetudine perfruentem, omnique regia fortuna florentissimam, ac de regni sui hostibus gloriosissime triumphantem, et nos ejus gratiæ, favori atque clementiæ votis omnibus humillime commendamus, demisse et suppliciter rogantes, ut nos suo regio eoque clementissimo responso, per eum, qui has ad Majestatem Vestram perferet literas, dignari benignissime velit. Graudenti die 12 maii, anno 1579.

Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ paratissimi et fideles subditi, Status et Ordines Terrarum Prussiæ.

12

LXVIII.

Philippus, Hispaniarum rex, ad Stephanum, regem Poloniæ.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Philippus Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ Rex, archidux Austriæ, dux Burgundiæ, Brabantiæ et Mediolani, comes Habsburgi, Flandriæ et Tyroliæ, etc. Serenissimo principi, Domino Stephano, Regi Poloniæ, Magno duci Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, etc. Domino, nec non Transylvaniæ principi, fratri, consanguineo, et amico nostro charissimo, salutem et perpetuam felicitatem.

Serenissime Rex, frater, consanguinee, et amice charissime. Ternas Serenitatis Vestræ literas accepimus: unas de oblata Nobis sua voluntate, et negotiis Barensibus,

alteras de commendatione Stanislai Fogelveder, ejus apud Nos internuntii, tertias de extrahendis a Daniele Moreto Hispaniensibus equis. Nobis quidem omnes illæ singularem voluptatem attulerunt, et quod Serenitatem Vestram valere, beneque ac feliciter agere nuntiabant, et quod testes sponsoresque sint ejus amicitiæ, quæ Nobis, progenitoribusque nostris semper fuit cum isto florentissimo Poloniæ regno: eam nunc speramus in dies majorem auctioremque futuram, Serenitate Vestra regnante, quam et Nos antehac propter laudabilium virtutum famam, plurimi fecimus, et nunc amplissimo isti regno præpositam, habituri sumus multo chariorem. Quod vero ad ducatus Barensis, principatusque Rossanensis negotia attinet, et ad totius summæ, pensionumque solutionem, quoniam ad Serenissimam reginam pluribus scribimus, et ejus internuntio idem responderi jussimus, non opus est, ut id ipsum hic repetamus. Illud tamen Serenitati Vestræ persuasum cupimus, omnibus in rebus, quas Serenitati Vestræ gratas fore cognoverimus, libentissime nostrum studium et voluntatem, quantum fieri poterit, accommodaturos, quod et peramanter fecimus in concedenda facultate Danieli Moreto ad educendos ex hoc regno equos, uti ex eo planius intelliget Serenitas Vestra, cui longissimam, felicissimamque vitam Deus largiatur. Datum Madriti, die 12 maii, anno Domini 1570

LXIX.

Joannes Fridericus, Pomeraniæ dux ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063. t. III.

Serenissime potentissimeque Rex, Domine affinis et vicine charissime. Quanta clade et damno fere irreparabili fideles nobis dilecti consules, senatores, ac tota communitas civitatis nostræ Leoburgicæ a diffidatore insultante, corporibus et facultatibus eorum, Davide Hestero, affecti, nostram opem imploraverint, intercessionemque nostram apud S. Regiam Majestatem Vestram, quo nefanda ejusdem Hesteri refrenetur malicia, et nocendi vesana cupiditas, et vindice justitia inhibeatur ac compescatur, supplices quæsierint, ex ipsorum libello supplici S. Regia Majestas Vestra certificabitur. Licet vero S. Regia Majestas Vestra regiis mandatis, quorum exempla supplicationi adjecta sunt, Choinicensis severitate regia injunxerit, hominem maleficum, prædictum Hesterum, carceribus mancipare, et debitam de eo justitiam administrare; tamen nihil aliud iis apud ipsos profectum est, quam ut, posthabitis jussis regiis, nimia indulgentia elapsi vecordiæ et maliciæ, ad incendia horreorum et maxima damna stimulus et calcar additus sit.

Quum vero nostrorum damnum non æquiori, quam si id nobis ipsis illatum esset, feramus animo, ac nostri ratio officii postulare videatur, quo cura nostra circa id potissimum versetur, ut subditorum corpora, res et facultates sint salvæ et incolumes, non potuimus intercessiones nostras eis denegare, præsertim quum sciamus S. Regiam Majestatem Vestram regia ac inclita fide haud concessuram, ut non solum aliquis incolarum regni contra pacta et fœdera sancte et inviolabiliter hactenus observata et culta, fortunas nostrorum subditorum infando conatu, incendio et damnis hostiliter atterat et populetur, verum etiam diffidatores ejusmodi in regno foveantur, et conatus eorum improbi qualicumque subsidiorum genere juventur et promoveantur, quum potius in vincula merito conjiciantur, et in eos justitiæ exemplum statuatur dignum ausis, unde aliis ejusdem farinæ hominibus repagula omnia honestatis ac civilis quietæ societatis pro velle turpiter rumpentibus clare liqueat, non aperiri fenestram maleficiendi facinorosis, sed vindice gladio eos resecari, ne pars sincera trahatur.

Petimus igitur majorem in modum, ut Regia Majestas Vestra, pro eo quod decet, ordinariis suis remediis pro auctoritate sua severe apud Choinicenses efficere velit, quo damnum, quod nostri subditi ipsorum incuria, et mandati regii floccipensione misere passi sunt, primo omnium resarciatur, deinde ut severis mandatis, gravi mulcta ~~aliquot~~ aliquot florenorum indicta, et in conniventes statuta, S. Regia Majestas Vestra ipsis Choinicensibus injungere velit, ut omnibus nervis in id incumbant, quo prædictus David Hesterus in vincula, ubicumque in districtu eorum deprehensus fuerit, conjiciatur, causamque dicere jubeant et compellant, et administrata simul debita justitia elaborent, ne impune tanta faciat maleficia, neve ei et aliis occasio indulgentia intempestiva detur ejusmodi ac majora contra jus et pacta tentandi ac perficiendi. Exaudituram S. Regiam Majestatem Vestram subditorum nostrorum justas has querelas, ac petitioni nostræ locum daturam confidimus. Nos pro hoc officio, quod justitia et salus, tranquillitasque publica

exigit, pollicemur ea, quae a nobis requiruntur gratitudine, ejusmodi et majora emolumentum regni concernentia, ac ad avertenda ejusmodi pericula conducentia, opem, operam adhibituros esse. Quam S. Regiam Majestatem Vestram diu felicitterque valere optamus. Datum Stettini, die 13 maii, anno Domini 1579.

LXX.

Literæ Episcopi Plocensis ad Cardinalem Comensem (1).

LXXI.

Cardinalis Hosius ad S. Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Fauv. 6063, t. 1.

Quam strennam a Majestate Vestra proximis superioribus calendis januarii dari mihi petivi, ut hoedis meis Elbingensibus, quandoquidem habent in ea civitate eigenvilium, ne prohiberent, quominus in ea Christi quoque posset evangelium prædicari, quod tandem mihi aliquando concesserit, ingentes ago gratias, nam hoc tempore majus mihi beneficium præstare non potuit. Nam et animæ meæ, et quas ecclesiasticæ meæ potestati subjectas Deus animas esse voluit, earum saluti prospicere summo studio sum conatus. Neque vero minus de Vestræ quoque Majestatis anima fui sollicitus, quam in summum discrimen adduci videbam, si piæ justæque petitioni meæ locum non dedisset: quin et de eventu belli, quod contra schismaticos suscepit, non potui non esse vehementer sollicitus, quum animo mecum reputarem qualis fuerit eventus oppugnationis Dantiscanæ civitatis, in qua quod minus feliciter ceciderunt omnia, causam aliam non video, quam quod et Aegyptium ducem copiis suis præfecerat, et quam semel mandasset Elbingensibus, ut ecclesiam parochialem Reverendo Domino coadjutori meo restituerent, nescio quibus rebus adducta, tam sanctum hoc decretum suum subito mutavit, quum tamen essensi jam Elbingenses oratores fuisse dicerentur, ut parochiale templum restituerent, dummodo ne Jesuitæ eo mitterentur. Quandoquidem ad ea jam tempora pervenimus, in quibus et regi suo et episcopo suo subjectus uterque populus præscribat, quibus legibus ille parere velit, legem ab illo latam non invitus fueram tum accepturus, dummodo Christo detur in ea civitate locus, ubi caput suum reclinet. Per quemcumque tandem ille fuerit annuntiatus, modo sit a Reverendo coadjutore meo legitime missus, perinde mihi futurum est. Quamobrem iterum atque iterum ingentes ago gratias pro tanto beneficio, quod non magis mihi, quam sibi ipsi Majestas Vestra præstitit, quandoquidem et ex populo Israel copiarum suarum ducem elegit, et Christi causam non negligere palam omnibus fecit. Christo ab Elbigensibus proscripto, in eam civitatem auctoritate Vestræ Majestatis restituto, magnam in spem venio, futurum, ut omnia consilia

---

(1) List ten pisany z Pułtuska 22 maja, 1579 roku, znajduje się w zbiorze Theinera: Annales Ecclesiastici, t. III p. 61. Cardinalis Comensis rodem z Como, nazywał się Ptolomeusz Gallius.

Majestatis Vestræ Deus fortunet, et optatum hujus belli progressum et exitum largiatur. Benedictus Stephanus Deo excelso, qui creavit coelum et terram, et benedictus Deus excelsus, Deus patrum nostrorum, quo protegente hostes in manibus tuis traditi sunt. Benedic Domine fortitudini ejus, et opera manuum ejus suscipe. Percute dorsum inimicorum ejus, et qui oderint eum, non consurgant. His ego benedictionibus, Serenissime rex, ad bellum contra schismaticos gerendum proficiscentem, quibus olim et Melchisedec Abrahæ, et Moyses Levi benedixit, prosequendum esse putavi, bona cum spe, quod ille copiarum tuarum sit dux futurus, et optatam victoriam ac triumphum ex hostibus tuis concessurus. Qui te salvum et incolumem ducat et reducat, omni felicitatis genere cumulatum. Cujus me gratiæ, clementiæ, protectionique regiæ humillime commendo. Datum Romæ die 23 maii, anno Domini 1579.

LXXII.

Ducis in Prussia consiliarii ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarskaw Paryzu: coll. Faur. 6063. t. 11.

Serenissime Rex, potentissime princeps ac Domine, Domine clementissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ servitia nostra omni fide ac subjectione plenissima humiliter deferimus, et eidem præter diuturnam incolumitatem, secundissimos rerum omnium eventus ex animo precamur. Quod Sacra Regia Majestas Vestra Illustrissimi principis ac Domini nostri clementissimi in conferendis contra Moschum hostem auxiliis studium gratum atque acceptum habeat, et suam vicissim erga ejus Celsitudinem et erga has terras propensionem atque gratiam regiam clementer declaret, et simul cautionis literas benigne transmittere dignata sit, eam Regiæ Majestatis Vestræ benevolentiam tam Illustrissimus princeps noster, quam omnes hujus provinciæ Ordines animo gratissimo et subjectissimo agnoscent. Nos vero eorum omnium nomine magnas pro hac benevolentia Sacræ Regiæ Majestati Vestræ gratias humiliter agimus, et ut Sacra Regia Majestas Vestra hoc quicquid est officii, non tam ipso numero, quam subjectissimi animi propensissima voluntate metiri et ponderare dignetur, etiam atque etiam demisse rogamus.

Ad transmissam vero cautionis formulam quod attinet, licet in ea quædam immutata, nonnulla prætermissa, quædam autem addita deprehenderemus, omnia tamen hoc tempore ad disceptandum alienissimo, ita interpretanda esse duximus, ut (quæ singularis est fiducia nostra, et quod maxime laboramus) nihil nisi pactorum et jurium utriusque inviolata ad posteritatem propaganda quæsita esse videatur. Hac autem de re Illustrissimi principis ac Domini nostri, cui hæc deliberanda transmittimus, sententiam propediem expectabimus. De milite vero per Prussiæ ducatum non traducendo, quod Sacra Regia Majestas Vestra clementer polliceri, et peculiari mandato securitatem hisce terris præstare dignatur, ipsi quidem cautioni insertam esse optaremus: magis tamen confidimus Regiam Majestatem Vestram harum terrarum salutem non minus quam cæterarum regni sui partium curæ facturam. Quod vero in cautione ≠ transmissa positum est, Illustrissimum principem nostrum quingentos sclopetarios istos sub exitum mensis junii sistere teneri, plane nobis persuasum est, illam angusti temporis circumscriptionem nullam Illustrissimo principi nostro arctiorem, quam promissi obligationem afferre, neve quicquam in re ulla præjudicare posse. Etsi enim in describendo atque sistendo hoc sclopetariorum numero, pro fide ac sollicitudine nostra summis viribus elaboramus; tamen quia ex partibus remotioribus selectior miles nobis petendus est, si fortassis exigui temporis mora interponatur, Sacram Regiam Majestatem Vestram id non iniquo animo accepturam, sed temporis angustiæ, et locorum intervallis, clementer ascripturam esse non dubitamus. Atque hæc Sacræ Regiæ Majestati Vestræ, Domino nostro clementissimo, respondere partium nostrarum esse duximus. Quod reliquum est, Deum præpotentem, ut Regiam Majestatem Vestram salvam et incolumem diutissime conservet, et omnia Regiæ Majestatis Vestræ prudentissima consilia, et salutares conatus prosperrime evenire sinat, devote rogamus, nos vero gratiæ et clementiæ Sacræ Regiæ Majestatis

Vestrae humillime commendamus. Datum Regiomonti, die 26 maii, anno Domini 1579.

LXXIII.

Joanni comiti de Tenczyn, castellano Woynicensi, Lublinensique capitaneo, demandatur negotium exsequendi decretum proscriptionis et bannitionis contra Stanislaum Maciejowski, capitaneum Zawichostensem.

Teka Naruszewicza ~~93~~. Ex mss. arch. St. Aug. regis.
87, 13

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.
Magnifico Joanni comiti de Tenczyn, castellano Woynicensi, cubiculi nostri regii præfecto, Lublinensique nostro capitaneo, sincere Nobis dilecto, et in ejus absentia suo vicecapitaneo, vel locum tenenti, gratiam nostram regiam. Magnifice sincere Nobis dilecte. Exposuit coram Nobis nobilis Georgius Bidziński cum querela, Generosum Stanislaum Maciejowski, capitaneum Zawichostensem, ad instantiam sui anno superiore, mense augusto, per officium Sinceritatis Vestræ castrense Lublinense, ex legitimo et juridico juris processu, e regno et dominiis nostris bannitum et proscriptum, bannitionem eam nihil pæne facere, publiceque et palam versari non vereri, neque sibi in hisce rebus, quarum causa bannitus est, satisfacere velle, magno non solum ipsius Georgii Bidziński cum incommodo et damno, sed etiam legum ipsarum publicarum contemptu et vilipendio. Quoniam vero novit Sinc. Vestra frustra leges condi, ac decreta ferri, nisi eadem ab omnibus serventur, et executioni debitæ demandentur, legumque a contemptu temerario vindicandarum ac decretorum in executionem debitam ponendorum curam in districtu et municipio Lublinensi penes Sinc. Vestram esse; ideo hortamur Sinc. Vestram, ne huic ipsi muneri suo, hoc in negotio quoque deesse videri possit, imo vero omne studium adhibeat, ut ex præscripto legum publicarum contra illum ipsum Stanislaum Maciejowski, uti rebellem temerarium, ac legum majestatem, brachiique nostri regalis auctoritatem floccipendentem, procedat, et id quod in eo negotio restat agendum, sine mora et immutatione agat et perficiat. Pro officii sui debito Sinceritas Vestra factura. Datum Vilnæ, die 26 mensis maii, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

LXXIV.

Literæ universales ad nobilitatem districtus Lublinensis in eodem negotio.

87 d 15

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.
Universis et singulis districtus Lublinensis, ordinis et status equestris incolis, cujusvis sortis, loci, dignatis et eminentiæ existentibus, sincere et fidelibus Nobis

dilectis gratiam nostram regiam. Sincere et fideles Nobis dilecti. Quum certiores facti essemus Generosum Stanislaum Maciejowski in Chodel et Ratoszyn hæredem, capitaneum nostrum Zawichostensem, proscriptionis et bannitionis decreta nostra ipsum ex legitimo et juridico processu juris, ad instantiam nobilis Georgii Bidzinski ab officio castrensi, capitaneatus Lublinensis, anno superiore lata et promulgata, nihili prorsus facere, brachiique nostri regalis, ac legum publicarum auctoritatem spernere, neque omnino curare quo huic ipsi Georgio Bidzinski iis in rebus, quarum causa bannitus est, satisfaciat, atque ita ab eo proscriptionis decreto liber esset: Existimavimus non esse ferendam hanc suam temeritatem, rationesque ineundas, quo hic ipse nobilis Georgius Bidzinski id quod sibi merito deberetur, obtineret. Innixi itaque legibus regni nostri publicis ea de re sancitis, injunximus Magnifico Joanni comiti de Tenczyn, castellano Woynicensi, cubiculi nostri regii præfecto, Lublinensique nostro capitaneo, sub cujus jurisdictione bona ipsius Stanislai Maciejowski consistunt, ut pro officii sui debito, ex præscripto legum publicarum, Georgium Bidzinski in bona quævis Stanislai Maciejowski immitteret, ac eorundem possessionem illi traderet, atque in ea re agenda auxilio et opera Sinceritatum et Fidelitatum Vestrarum, si necessum esset, uteretur. Si igitur eo ventum fuerit, quod necessario auxilio Sinc. et Fid. Vestrum utendum sibi esse hic ipse Magnificus castellanus Woynicensis aut officium suum castrense Lublinense viderit: Hortamur Sinc. et Fid. Vestras, ut pro debito suo, quum literis illius requisitæ fuerint, ad locum et diem, qui Sinc. et Fid. vestris ab illo assignabitur, armati præsto adsint, opem eidem ex præscripto legum publicarum in ea re exsequenda laturi, et quod partium suarum esse censuerint, sedulo acturi. Secus autem pro officio suo, et sub pœna legibus proposita non facturi. Datum Vilnæ, die penultima mensis maii, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

[illegible] St. Bat. [illegible] 26 Maji N 17. 18

LXXV.

Literæ universales, quibus adjudicantur anni discretionis nobili Joanni Sulgostowski.

Teka Naruszewicza 43. Ex mss. arch. St. Aug. regis.
[87, 14]

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.
Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest, universis et singulis earum notitiam habituris. Quum leges publicæ mosque antiquitus receptus, et hactenus semper servatus, jam Nobis tribuat facultatem, ut liceat Nobis ex plenitudine auctoritatis nostræ, pupillos, qui ætatem legitimam attigerint et tutorum cura ac potestate eximere, in libertatemque asserere, justis maxime intercedentibus causis, et pupillorum rationibus id exigentibus:

Ideo quum præsentatus fuisset Nobis nobilis Joannes Sulgostowski, nobilis olim Nicolai Sulgostowski filius legitimus, major natu, expositumque Nobis simul esset a certis consiliariis, expedire rebus suis, uti ipsi a Nobis anni, ut vulgo dici consuevit, discretionis adjudicentur, utque ad bona sua, et minorennium fratrum suorum administranda et gubernanda, negotia omnia agenda, habilis et idoneus pronuncietur: Nosque viso eo ipso facile animadvertimus ipsum jam juvenilem ætatem ingredi, et annos maturiores attingere, habilem satis et aptum ad adeundam bonorum suorum, ac fratrum etiam suorum natu minorum possessionem esse judicantes, eidem annos discretionis adjudicandos auctoritate nostra regia duximus, uti sane adjudicamus per præsentes literas nostras, aptumque et ideoneum esse pronunciamus, qui bona sua omnia ad se et fratres suos, quomodolibet pertinentia, adeat, et administret, et negotia quævis juridica et extrajuridica agat, conficiat et statuat. Quum autem juvenilis ætas, quæ lubrica est, plerumque labi, et magis affectibus, quam consilio et ratione duci consueverit: ideo cavere cupientes, nihil quippiam aliquando ab eo committatur, quod cum suo fratrumque suorum damno et incommodo esset, dandos illi curatores, et actionum suarum omnium directores, ex quorum sententia et consilio omnia ageret, esse existimavimus, damusque præsentibus literis nostris, nobiles Zuzannam Kochanowska matrem, et Theophilum Kochanowski avunculum ipsius legitimos, quibus eam facultatem concedimus, ne illi quicquam aliquando facere et statuere permittant, quod in damnum suum fratrumque suorum vergeret, maxime vero debita quævis contrahere, et bonorum suorum obligationes facere, ipsi prohibebunt. Si quid vero illis conniventibus, vel etiam assentientibus ab ipso aliquando factum fuerit, quod damnum aliquod sibi fratribusque suis afferre potest, id curatoribus ipsis imputari debebit, et ad resarciendum damnum hoc tenebuntur. Atque in ejus rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appensum. Actum et datum Vilnæ, die 26 mensis maii, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

93.

LXXVI.

List Jego Królewskiey Mości do Wielkiego Kniazia Moskiewskiego pisany w Wilnie w maju 1579 roku, posłany przez Łopacińskiego.

Teka Naruszewicza 93. Ex mss. St. Aug. regis.

Posłałeś do Nas gońca swego Andrzeia Tzymofiowa, syna Michaytowa, odpisuiąc Nam na list nasz pisany do ciebie przez Piotra Haraburdę dworzanina naszego, któregośmy byli iuż to rok minał, do ciebie odprawili, y któregoś tak długi czas zatrymał, nie uważaiąc u siebie sprawy tey o którąśmy prezeń do ciebie pisali, to iest aby się krwi narodu chrześciańskiego rozlanie, iako między inszemi państwy naszemi, tak y w ziemi Inflanckiey nie działo, a odpisuiesz Nam tym sposobem iżbyśmy przymierny twóy list poprzysięgli, posły twoie odpuścili, że nie mamy czego z posły domawiać twemi około Inflanckiey ziemi, gdyż nie maią o tem zlecenia od ciebie, ale ieśli co chcemy z tobą około ziemi Inflanckiey stanowić, że poprzysiągłszy przymierze wedle listu twego, możemy posły nasze do ciebie wysłać, na które nam list gleytowny posyłasz. Byliśmy iście tego zawżdy umysłu, abyśmy pożycie z tobą chrześcianskie mieli, a przestrzegali tego, iakoby krew chrześciańska dla niezgody naszey nie była przelewana. Co iaśnie każdy zobaczy, który się przypatrzy postępkom naszym z tobą od początku, skorośmy ieno z woli Bożey y wolnego obrania narodów y Stanów królestwa Polskiego y W. X. Litewskiego zasiedli stolicę królestwa naszego: obaczy też zasię każdy co za umysł twóy był, to iest nie chcący pokoiu y pożycia chrześciańskiego z Nami, ale chcący zamków, miast, ziem naszych posiedzenia, y obeżenia Nas. My skoro po koronacyi naszey, folguiąc dobremu chrześciańskiemu, y chcąc z tobą dobrego pożycia, posłaliśmy do ciebie posłańców naszych Jurgia Grudzieńskiego y Lwa Bukowieckiego, oznaymuiąc ci panowanie nasze y odkrywaiąc wolą naszę na dobrą przyiaźń y pomieszkanie z tobą w zgodzie dla uspokoienia chrześciańskiego, y posłałeś Nam list gleytowny na posły nasze wielkie, posłałeś przytem list swóy posyłaiący, że póki będą posłowie między nami ieździć dobre dzieło stanowiąc, kazałeś swym ludziom wszem pokóy zachować, pisząc też Nam abyśmy także swoim rozkazali, acz y natenczas przed temi posłańcami naszemi swego umysłu złego zakryciéś do końca nie mogł, mówiąc o Nas uszczypliwie. Czego my iednak brać nie chcieliśmy przed się, maiąc ~~się~~ więcey litości przed oczyma krwi chrześciańskiey, y rozumieiąc że miała stanąć myśl twa harda, y żeś miał napotem oglądać się na dobro chrześciaństwa y twoich poddanych, iako to dobrzy Panowie czynią: daliśmy wiarę listowi twemu, rozkazaliśmy ludziom naszym pokóy z tobą chować: posłyśmy do ciebie wielkie odprawili (1).

LXXVI.

(1) Posłani byli do Moskwy roku 1577 Stanisław Kryski Mazowiecki, Mikołaj Sapieha Miński, wojewodowie, i Teodor Skumin Tyszkiewicz, podskarbi W. X. Litewskiego. Jak ich car Moskiewski oszukał, przypomina mu król w tym liście.

Ty iednak ubezpieczywszy Nas, iako się wyżey tknęło, że pokądby postowie nasi u ciebie będąc z boiarami twemi dobrą przyiaźń między nami namówili, we wszystkich granicach państw naszych spokoynie się zachować, iako w liście twoym dostateczniey opisano, przedsię mimo to wszystko miasto stanowienia przyiaźni, woynę przeciw Nam nieopowiednie podniosłeś, a w ziemię naszę Inflancką sam osobą swą y z synem swym starszym wciągnąwszy, rzuciłeś się na naród chrześciański, poddane nasze, mordem y krwi rozlaniem, upatrzywszy czas gdyśmy w dalsze strony państw naszych odiachali, posiadłeś zamki nasze niektóre podstępnie, mordując ludzi niewinnych, którzy w więzienie woyska twego przychodzili, czego pobożni Panowie chrześciańscy y nad nieprzyiacielem, maiąc go w więzieniu, czynić się wystrzegaią. O czem gdy posłów naszych za gleytem twym od Nas do ciebie posłanych wiadomość doszła, oni zadzierżawszy się przy granicach ziemi twoiey, oznaymili Nam wzruszenie takowego pokoiu listem twym upewnionego. Ale my przedsię chcąc doskonale poznać umysł przedsięwzięcia twego, rozkazaliśmy im do ciebie iść y w tem ciebie napomnieć, żeby się Nam y poddanym naszym słusznie to nagrodziło, a wszystkie zayścia ku uspokoieniu przywieść się mogły, aby ludzie narodu chrześciańskiego pod panowaniem naszem w pokoju byli zachowani na obie stronie. Tam gdy przyiechali do ciebie, y do namów między nimi a tobą przez boiary twe przyszło, ty dosyć hardzie imeś się stawił, o stanowienie pokoiu w ziemi Inflanckiey y mówić nie chciałeś, na nasześ się y na maiestat nasz słowy y pismem nie tylko Panu chrześciańskiemu, ale y człowiekowi bacznemu nieprzystoynem, puszczał, prawo swe iakieś do Korony Polskiey y W. X. Litewskiego wywodząc, począwszy od Prusa, brata Augusta cesarza Rzymskiego, któregoś się bydź czternastym potomkiem mianował, ano Prusa tego, który był Augustowym bratem, iako żywo nie było na świecie, ani August miał żadnego brata.

Jeszcze y ten postępek naywiększy uczyniłeś, że gdy do postanowienia między tobą y posły naszemi przyszło, oni to co postanowili z tobą na piśmie tobie pod pieczęciami swemi oddali: ty zasię list z swey strony przymierny nie w te słowa iako był poselski, ale iako się tobie podobało kazałeś napisać, włożywszy weń to że tym kształtem przymierze do trzech lat między nami być miało, iż nie mamy wstępować w Inflancką ziemię, żeć mamy oddać Kiesię, Dynaburg y insze miasta, które są nasze, także miasto Rygę y ziemię Kurlandzką aż po granice Pruskie, y choćby Nam kto z Inflant czołem bił, że go nie mamy przyimować: na co posłowie nasi nie pozwalali y w swóy list, co go dali, nie wpisali; y na ten-eś ty swóy list, coś go był napisał podstępnym obyczaiem, przysięgę uczynił, włożywszy weń coć się podobało, y za czem ty tobie wolno było woiować w Inflanckiey ziemi, a Nam y bronić iey nie wolno.....

~~Dali nam byli znać posłowie nasi, ieszcze z ziemi twey nie wyiachawszy, żeś też Koronę Polską y W. X. Lit. o pokoiu z nim przez Boiary swe namowy uczynił,~~

~~a ziemię naszą Inflancką ku tym Państwom nie leżącą odłączaiąc od Korony W. X. Lit. o niey z ziemi niestanowił~~.

Czego gdyśmy się dowiedzieli, posłaliśmy do ciebie wzwyż namienionego dworzanina naszego, Piotra Haraburdę, że my z tobą przymierza statecznego chcemy, strzegąc aby krew chreściańska nie była przelewana; bo iednako żal dobremu Panu chreściańskiemu tak na iednem mieyscu, iako y na drugiem krew chreściańską przelewać, y pokazuiąc tobie że iako zaprzysiężenie iednem sumnieniem, tak y pokóy iednaki miał bydź między osobami y państwy naszemi . . . . y że ktemu nam hospodarom chreściańskim godzi się y należy iako słowo, tak więc nierównie tym więcey przysięgę statecznie dzierżeć y sumienia nie rozdwaiać, aby nadaremne wzywanie Pana Boga naszego nie było. Ale ciebie y takowe upomnienie nasze naymniey ku tak pobożney sprawie y ku politowaniu rozlania krwie niewinney nie poruszyło, bo y tego posłańca naszego przyiąwszy, odesłałeś go na stronę, y długi czas iakoby w niewoli w ziemi swey zadzierżałeś go, a posłom swoim wielkim kazawszy iść do Nas, tymczasem w ziemię Inflancką woyska swe posławszy, zamków naszych a mianowicie Kiesi po dwakroć dobywał, poddanych naszych morduiąc, ale Pan Bóg, który iest stróżem sprawiedliwości y niewinności, podał siły, woyska y strzelby y działa, któremi zamku onego dobywali, w ręce ludzi naszych.

Posłów twoich myśmy do miasta naszego stołecznego Krakowa przypuścili, w którem wielkie zgromadzenie ludzi nie tylko naszych, ale y obcych z rozmaitych kraiów świata było: byli y posłowie królów, xiążąt y panów chreściańskich. Przypuszczeni są przed Nas z uczciwością, tak iako się między pany wszędy zachowywa. Tam przyszedłszy przy wielkiem zgromadzeniu, wzgardę osobie naszey uczynili y zatem upornie odeszli, powiadaiąc że nic nie mieli od ciebie w zleceniu do sprawowania z Nami, ieślibyśmy tego, czego oni ku wzgardzie naszey chcieli, nie uczynili, y powiadaiąc że im nic nie sprawuiąc kazałeś się nazad wrócić, y z tem, choć byli napominani kilkakroć aby sprawowali to co mieli w poruczeniu, odeszli od Nas y z Krakowa odiachali, gdyż Nam nielza było tylko tak iako się naparli odpuścić: z czego wszystkiego iawnie się pokazuie iakośmy pragnęli z tobą dobrey przyiaźni y pokoiu, y iakośmy ostrzegaiąc przelania krwi chreściańskiey wiele mimo się puszczali, a iako zasię inaczey z twey strony się dzieie, y że ty nie pokoiu z Nami chcesz, ale obelżenia naszego, podeyścia Nas y osiedzenia ziem naszych.

Teraz piszesz do Nas przez tego swego gońca, Andrzeia Tzymofiowa, o poprzysiężenie listu twoiego y o odpuszczenie posłów twoich, ażebyśmy do ciebie, ieśli chcemy, powtóre posły nasze około Inflanckiey ziemi posłali: ale iako My mamy list twóy poprzysięgać, w którym to iest napisano, na cośmy nigdy nie pozwolili, y o czemeśmy nigdy nie myśleli, ustępować tobie ziemi Inflanckiey; gdyżeśmy się bronić wedle przysięgi na koronacyi uczynioney powinni, y posłowie nasi nie mogli tego nigdy tobie powiadać ani powiadali, abyśmy iey tobie ustępować mieli, y prze tę przyczynę tego w list, któryć dali y który poprzysięgli, nie napisali. Tak się stano-

wienia

między Pany czyniwaią, co też między przodki naszemi a tobą y przodki twemi zachowywało się, że z obu stron na iedne rzecz się pierwey zgodziwszy, w iedno potem pisma też zrównane bywaią, a potem utwierdzone. A ty w twóy list, którymeś niepewny z państwy naszemi pokóy zaprzysiągł, włożyłeś różne rzeczy, a insze rzeczy, niźli na liście posłów naszych tobie danym opisano, iako posłowie nasi na piśmie Nam pokazowali, przywłaszczając na swą stronę ziemię naszę Inflancką y zamki te, które są w ręku y w dzierżeniu naszem, y które ~~ze~~ ze wszystką ziemią Inflancką naszą do Nas należą, sobie przypisuiąc, między któremi y zamek Kieś włożyłeś. A kiedy to zamek twóy, dla czegoż go było woyskiem dobywać, y ludzie y działa tracić?

Jeszcze piszesz w temże swem oboiętnem przymierzu, abyśmy zięcia Kurlandzkiego y Kurlandzkiey ziemi, miasta Rygi także zaniedbali, abyśmy iako swych poddanych nie ~~przyim~~ przyimowali, ale odstąpili, y obrony powinney nie czynili. Co iest nad przystoyność Królów y pomazańców Bożych, aby mieli obrony państwa y poddanych swych odstępować, gdy My iako dzieciom własnym wszystkę dobrotliwość, zwierzchności maiestatu naszego łaskawie im oddawać chcemy. A ieszcze nad wszystkę wiadomość dawnych spraw, granice po ziemię Pruską y Żmudzką Kurlandzkiey ziemi w tymże liście swym, któryś poprzysiągł, zamierzasz, czego znać niepewnieś świadom; gdyż Kurlandzka y Pruska ziemia, chociaż obie są panowaniu naszemu poddane, ale granicami sobie nieprzyległe, a kiedy będziesz chciał pilnie w to weyrzeć y porozumieć, naydziesz w twem y przodków twych pisaniu daleko od granic Pruskich y Żmudzkich, a bliżey ku Moskwie za Smoleńskiemi y inszemi zamki granice W. X. Litewskiego położone y wiecznie zaprzysiężone przez twe y nasze przodki. Wszakoż przez kogo się to naruszyło y złamało łacno obaczysz, gdyż wszystkim narodom to nie iest tayno.

Takowy tedy list, który mi przypisuiesz, a bez wstydu to co iest własnego naszego y Korony naszey także W. X. Lit. sobie przywłaszczasz, y któryś sam podług upodobania swego różnie od listu posłów naszych napisał, sam porozumiey ieśli iest rzecz słuszna Nam poprzysiądz. Aby też y zgodnie były listy przymierne napisane, tedy iako tobie na twym liście poprzysięgać należało, tak też y Nam na takowym, który z strony naszey przez posłów naszych był podan, poprzysiężenie z osoby naszey stać się miało. Ale żeś poróżnił stanowienie tego pokoiu, y inaczey list twóy napisał, iako list posłów naszych obmawia, znaczy się ztąd wyciśnienie takowego pokoiu na posłech naszych, a niemniey y ztąd niepewne ale chytre zastanowienie twe znaczy się, iż posłowie twoi tego wszystkiego, co posłowie nasi z boiarami twemi namawiali, y co się przez ciebie stanowiło, y o tych rzeczach między nami zastanowionych będąc napominani, Nam ~~nam~~ nie oznaymili y nie okazali.

A pod tym czasem nie iedno w ziemi Inflanckiey ustawiczna woyna, ale y w granicach ziemi Witebskiey, w zamku Uświata, któryś ty niedawno zbudował w ziemi W. X. Lit., ludzie twoi a mianowicie rotmistrz z Kozakami Dimitr Jazikow z bratem swym Alexandrem, maiąc przy sobie strzelców y dzieci

boiarskich nie mało, przyszedłszy woyną, na iezierze Siesiecie ludzi naszych pobili y na plon powiedli. Dla czego wszystkiego my takowego listu twego nie tylko nie możem poprzysiądz, ale go y nie chcemy przyiąć, iako obojętnie napisanego y niepewne zastanowienie pokoiu czyniącego.

A co się dotyczy posłów twych, abyśmy ie, przysięgę przed nimi uczyniwszy, odpuścili, aczby oni mogli bydź rozumiani nie za posły, ale za szpiegi, gdyż żadnego przed Nami twego listu, którymbyś im poselstwo do Nas zlecił, nie pokazali, ani nic u Nas sprawować chcieli y nie zachowali się w powinności poselskiej; wszak iżeś mianował przed naszemi posły, gdy byli u ciebie, te osoby bydź do Nas posłami twemi, przetośmy ich we wszelakiej uczciwości w państwach naszych chować rozkazali, y oneśmy odpuścili, tak iako sami chcieli, nic nie stanowiąc y nic nie sprawuiąc, odiachać, ale poprzysiężenia żadnego czynić przed nimi nie możem, gdyż onym dla wzgardy, którą Nam uczynili, więcey Nas widzieć nie godno. A iż się tak przedłużyło ich mieszkanie, to nie naszą przyczyną, iedno twoią się stało, gdyżeśmy oczekiwali Piotra Haraburdy y poruczenia posłom twym na zastanowienie gruntownego pokoiu.

Znowu żebyśmy mieli do ciebie słać posły nasze, stanowić około ziemi Inflanckiey poprzysiągnąwszy, tak iak piszesz, list twóy na przymierze ku Nam posłany, nie wierny coby Nam potem było, bo gdybyśmy list twóy poprzysięgli, iużby nie było o czem stanowić, gdyżbyśmy takową przysięgą nie iedno Inflanckiey ziemi wszystkiey y Kurlandzkiey, ale y części inszych państw naszych aż po Prussy według opisu listu twego odstąpili, a tego, dali Bóg, co należy do Korony Polskiey, choćbyś się zdobył na większe fortele, przez nieobaczenie nasze nie utracimy. Nie kochamyć się iście w przelaniu krwi chrześciańskiey, y dla tego mimo wszystkich fortelów tych, które się wyżey przypomniały, szukaliśmy zatrzymania pokoiu między tobą y państwy twemi a między Nami y państwy naszemi, nic nie biorąc przed się, y uszczypków, które maiestat nasz od ciebie potykały, a nie życząc aby dla tego y naszych y twoich ludzi krew przelewana była. Ale widzimy że ty gwoli chciwości y dumie twey iey nie szanuiesz y nasycić się iey nie możesz, ani chciwości y hardey myśli twey miary uczynić chcesz, rzucaiąc się na osiągnienie państw naszych y na obelżenie nasze, co y przodkom naszym od ciebie się dziewało: bo y za sławney pamięci Zygmunta Augusta króla, posłowie J. K. Mci, woiewoda Inowrocławski, kasztelan Żmudzki y pisarz obelżeni są od ciebie, a w ich osobie y J. K. Mość. Grudziecki też dworzanin także obelżon y oszarpan na dworze twoym, co się y u naygrubszych ludzi nie dzieie: iest mu znaczny kleynot przy kuczmie z zupełnym ubiorem końskim na oglądanie do ciebie wzięty y więcey nie wrócony, kupce z maiętności y towarów ich w skarb twóy pobranych obnażono y złupiono, a nadto iescze samych posłów konie z rozkazania twego na sztuki sieczono. A iż wrychle potem ducha J. K. Mci Zygmunta Augusta Pan Bóg wziąść raczył, My iuż do ciebie przez naszych posłów wskazywali, aby nagroda ukrzywdzonym stała się. Co wszystko

y nasze rozkazanie zalekko iest u ciebie poważane, y w iakiem obelżeniu postów zastanowienie wycisnąteś, takeś ie też zdzierżał y ziścił; albowiem zaprzysiągłszy w przymierne lata na ziemiach tych, o które woyna szła, zamków nie budować, potemeś pobudował zamki.

A za króla Henryka obiecany pokóy przez list twóy między państwy zadzierżeć y zachować, wspomniy iakoś zdzierżał, żeś pod tym czasem Pernawę y insze zamki pobrał nad obietnice y ~~upoważnienie~~ upewnienie swe. Co iako u ciebie, tak y u przodków twych czynić nie nowina: gdyż ukazane Nam są listy za przodków naszych przez twoich przodków zaprzysiężone, iako sławney pamięci z królem Kazimierzem Wielki Xiądz Wasil Wasilewicz, przodek twóy, z bracią swą o Nowogród pokóy zastanowił y zaprzysiągł, na wszystkie potomki ~~swe~~ swe tę przysięgę wkładaiąc, potem z królem Alexandrem spowinowaciwszy się y pokrewnienie wziąwszy, Starodub y wszystkę Siewierską ziemię podstępnie opanował, a iuż y ty za panowania swego, posławszy gleyt przez wielkie posły swe przodkowi naszemu, Zygmuntowi Augustowi królowi, pod tym gleytem Połock wziąłeś y równie takeś się zachował, iako y przeciw Nam, ubezpieczywszy pokoiem, woynęś podniósł, y ziemię Inflancką posiadł, a nie uspokoiwszy tey woyny, odwodzisz Nas y państwa nasze, Koronę Polską y W. X. Lit. od obrony iey takowem podstępnem przymierzem.

A tak iż umysł twóy uskromić się nie chce, y do wielkich a znacznych krzywd, z dawnych y teraźnieyszych, więcey a więcey przyczyniasz, ani się masz do żadnego stateczenego pokoiu, owszem szukasz podstąpienia y podeyścia naszego: przeto my, uczyniwszy co należało królowi chrześciańskiemu, iuż ostatek Panu Bogu swemu zlecamy, a ten twóy list przymierny, iako niesłuszny, odsyłamyć, a wziąwszy Pana Boga na pomoc, tych krzywd państw y poddanych naszych y połżenia maiestatu naszego od ciebie ku wzgardzie z osoby y pisania twego, a niemniey y od posłów twych z nieprzystoynym postępkiem z strony twey udziałanych, y wszystkich szkód y krwi rozlania poddanych naszych chcemy za pomocą Bożą poryskować. Krwi poddanych twych, ludzi chrześciańskich, nie pragniemy, dali Bóg, owszem życzylibyśmy im w wolnościach chrześciańskich swobody, równo ze wszystkiemi narody chrześciańskiemi, zażycia, a tak żadnego miecz nasz nie dotknie iedno tego, któryby twoiey chciwości dopomagał, w polu albo w zamkach zbroynie się Nam zastawował. Iako twoia chciwość pragnie państw naszych, y iakośmy w osobie naszey y maiestacie naszym przez cię y przez posty twoie ukrzywdzeni są, tak na osobie twey chcielibyśmy tego dochodzić, y sprawiedliwości naszey za wspomożeniem Bożem dowodzić, ieśli się nie obaczysz. A ieśli chcesz z Nami pokoiu, tedy myśl o pokoiu, nie wątpliwym, ani fortelnym, nie z krzywdą y szkodą naszą, ale o takim, któryby był ze wszelaką przystoyną uczciwością maiestatu naszego, z nagrodą ukrzywdzenia państw y poddanych naszych, o pewnym, szczerym y sprawiedliwym. Od takiego My pokoiu z tobą nie będziemy, folguiąc w tem ucisku

poddanym naszym z obu stron ludzi chrześcianskich, których dobrzy panowie nie tylko sami pastwić się krwią nie maią, ale ani ich na miecz postronny niesłusznie podawać, owszem o ich dobrem iako własnych swych synów myślić maią.

LXXVII.

Turcarum imperator ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, f. 111.

Gloria et splendor fulgidissime, Stephane Rex Poloniæ, et Magne Dux Lithuaniæ, Russiæ, etc. et aliorum regnorum, princeps magnanimorum Jesum comitantium, moderator negotiorum et rerum omnium plebis et familiæ Nazarenorum, nubes gratissima pluviarum, fons splendoris et honestatis dulcissime, Domine et hæres perpetuæ beatitudinis et gloriæ regni incliti Poloniæ, ad quem omnes supplices confluunt, incrementum omnium actionum vestrarum beatissimum, exitusque felicissimos optantes, et perpetua familiaritate nostra, sanctissimoque foedere digna vota et laudes sempiternas offerentes, præmissaque et postposita decore summo absolventes.

Perfunctus est munere legationis apud Nos Magnificus vir, Andreas Taranowski, Majestatis Vestræ legatus, simul etiam literas Majestatis Vestræ attulit, quibus arces suas finitimas complures cum bona parte ejus provinciæ a Moscho expugnatas et occupatas scribit, quod majus, ipsum principem Moschum, cum omni apparatu bellico et suo nefario exercitu, regnum Poloniæ amplissimum denuo majore studio invadere instituisse: cui Majestas Vestra contravenire volens, conscripsisset exercitum, et contenderet, Deo Opt. Max. [juvante], vim illorum milite Polono rejicere, arces occupatas recuperare. Id quo commodius fiat, poscit Majestas Vestra auxilium nostrum, nempe Magnum principem Gierai chanum cum certo numero Tartarorum expeditioni Majestatis Vestræ adjungi. Omnia hæc ex literis Majestatis Vestræ optime intelleximus. Equidem persuasum sit Majestati Vestræ, nisi Nobis opera Tartarorum hoc tempore opus esset, auxilium Tartaricum Majestati Vestræ non defuisset. At quia antequam literæ Majestatis Vestræ ad Nos perlatæ fuissent, literis nostris serio injunxeramus eisdem ipsis, [ut] strenue pugnaturi versus .... iter arriperent, mutare nostrum institutum minime possumus, annoque præsenti ipsis carere. Quare faciet prudentissime Majestas Vestra, si anno præsenti cunctando, technis quibusdam pacem simulando, vel ulla remedia excogitando, rem institutam differret, atque a conflictu abstinebit. Nam Deo Opt. Max. juvante, ubi anno præsenti nostrum negotium perficiemus, Tartarorum chanum mittemus anno proxime venturo in auxilium Majestatis Vestræ, vindicaturum injuriam Majestatis Vestræ. Hunc [annum] saltem, ut ut poterit fieri, traducat pacifice: in futuro, re nostra confecta, auxilium Tartarorum habebit. Demum, quando Majestas Vestra ducturus est exercitum contra Moschum, hortamur amice, ut Cosacos et alios in campo .... confluere, latrociniaque frequentia exercere solitos, omni cura et diligentia cohibeat, ut regnum nostrum sit pacatum, atque afflictissima plebs sit libera a maleficiis eorum in absentia Majestatis Vestræ. Datum Constantinopoli, die ultima maii, anno 1579.

LXXVIII.

Mehmet Bassa ad Majestatem Regiam.

Gloria et splendor fulgidissime, Stephane, etc.

Pervenit ad excelsam Portam potentissimi imperatoris Turcarum Magnificus vir, Andreas Taranowski, legatus Majestatis Vestræ, cum legatione et literis ejusdem, quibus literis significavit Majestas Vestra, Moschorum principem cum exercitu suo perditissimo arces Majestatis Vestræ nonnullis in finibus regni occupasse, provinciam illam finitimam devastasse,

nunc maximo conflato exercitu, omnes nervos suos ad evertendum regnum Poloniæ tetendisse, seque præsentem illi expeditioni prædicasse futurum. Majestatem quoque Vestram, non minus bona manu militum coacta, exercitum Polonorum in promptu habere, vim vi repellere, atque arces occupatas a Moscho recuperare virili animo instituisse. Poscit Majestas Vestra opem potentissimi imperatoris Turcarum, ut Tartari cum Mehmet Gereio ad auxilium Majestatis Vestræ mittantur. Nos rem omnem et postulata Majestatis Vestræ potentissimo imperatori ad unguem exposuimus, legatumque Majestatis Vestræ cum honesta legatione utili et bona remisimus ad Majestatem Vestram. Quod ad præsidium Tartaricum attinet, eos anno præsenti ad auxilium Majestatis Vestræ ipse imperator potentissimus minime [mittere] potest: nam idem potentissimus imperator noster adversus Persas bellum non contemnendum [gerit], et antequam literæ Majestatis Vestræ adferrentur, Tartaros ipse potentissimus imperator jusserat per literas suas expeditioni ejusdem imperatoris interesse, qui omnino debent adesse exercitui potentissimi imperatoris. Quare consulte faciet Majestas Vestra, si hoc duntaxat anno præsenti rem, quam scilicet cum Moscho [habet], clancularie et simulatorie differet, rejicietque studium confligandi ad annum futurum. Tum bello et negotio potentissimi imperatoris confecto, procul dubio missuri sumus Tartaros anno proxime venturo ad auxilium Majestatis Vestræ, vindicaturum injuriam Majestatis Vestræ.

Cæterum voluimus etiam significare, relatum nobis esse quemdam ... in loco Ramonlio(?) appellato, in finibus Poloniæ, inter ~~Lyrotka~~ Sorgka et Warasło(?), villas exstruere, fortalicium quoddam, qui locus tribus a ~~Lyrotka~~ Sorgka milliaribus abest. Porro potentissimus quoque imperator in suo territorio proprio, in finibus illis, quoddam fortalicium exstrui mandaverat, ultra Nester flumen non procul a Tehinia. Nos ad castrum illud demoliendum, legatus Majestatis Vestræ nomine ejusdem Majestatis hortatus est, et sollicitavit: nos tamen hanc illi fidem non adhibuimus, ut crederemus a Majestate Vestra fuisse nominatam demolitionem nostri fortalicii: rati sumus id legatum ex se tantum cogitasse. Nos fortalicium potentissimi imperatoris nulla alia de causa exstruximus, nisi ut insolentiam et incursus frequentiores Cosacorum reprimeremus, compesceremus, et viam illorum, qua ipsi per illas partes faciunt incursiones et grassantur in ditione imperatoris, occluderemus. Nam satis notum est Majestati Vestræ, quanta latrocinia grassatores illi ibi exercent, atque regnum et ditionem potentissimi imperatoris vexant, diripiunt, trucidant, et quanta negotia nobis facessunt fere per singulos menses, adeo ut nullum tempus tutum relinquatur a timore. Castellum potentissimi imperatoris regno Majestatis Vestræ nihil officit.

Commonefecimus jam Majestatem Vestram, illorum nebulonum causa quas expensas fecimus, quot labores exercitus nostri pertulerint, et eam sanctam pacem vicinitatis nostræ quoties perturbare tentaverint.

Quod ad castellum Kamionka in territorio Moldaviensi nunc ædificari inchoatum attinet, quæso, perpendat Majestas Vestra nullam castelli illius utilitatem, nisi unam speluncam, domicilium et nidum latronum, ad violationem sacrosanctæ pacis et bonæ vicinitatis, unde cæterum ex illo castello regnum potentissimi imperatoris diripiant, evertant et denudent frequentioribus incursionibus. Certo certius si ibi castellum illud erigetur, pacem et tranquillitatem

communem labefactatam iri, et in nihilum abire, atque hinc ad extremum animum potentissimi imperatoris exasperari. Nunquam prædecessorum Majestatis Vestræ, regum Poloniæ, temporibus istæ incursiones acciderunt, quæ Majestatis Vestræ temporibus: regnum ante Turcicum et Polonicum tranquillitate et pace fuerunt unita. Non ignorat Majestas Vestra, ipsum potentissimum imperatorem rerum Majestatis Vestræ augendarum promovendarumque semper fuisse studiosum, benevolentiam suam non semel declarasse: non ergo convenit pro beneficio hanc referre gratiam.... Quare erit convenientius Majestati Vestræ benevolentiam potentissimi imperatoris retinere, atque castellum demolire funditus: nam id postulat et dictat ratio pacis sanctissimæ conservandæ, nec benevolentia imperatoris respuenda, nec animus ejus irritandus.

Misi equum Serenitati Vestræ. Demum captivum Alibegum Fulikensem desideratissimum, quem cupiebamus, intelleximus a Majestate Vestra redemptum, atque apud Majestatem Vestram existentem. Postremo valde salutamus, atque gratias agimus Majestati Vestræ. Datum Constantinopoli, die ultima maii, anno 1579 (1).

LXXIX.

Articuli legationis apud imperatorem Turcarum.

I. Ut chanus Tartarorum Præcopensium pacem cum regno firmiter colat, pacta in toto servet, donativa non augeat, literas pactorum antiquorum non mutet, ac insuper Bronievium detentum dimittat.

II. Ut idem chanus juxta pacta, auxilia contra Moschum debita hoc tempore conferat.

III. Ut Tartaris Belgradensibus liceat ad præsens bellum pro donativo adesse.

IV. Ut imperator Turcarum fortalicium in fundo regni prope Tehinam constructum, deportari mandet.

V. Ne sandiaci Belgradenses in finibus regni, Budenses ac Fulecenses in Scepusio incursiones [faciant], aut facere permittant.

LXXX.

Responsum super legationis articulos.

1. Chanus Tartarorum Præcopensium regno pacem, juxta literas antiquorum pactorum et donativorum, nihil mutando, conservare, ac suis literis confirmare, ex ipsius imperatoris Turcarum mandato, in præsentia internuntii missi debet, cum Bronievii dimissione.

II. Tartarorum Præcopensium auxilia ad hoc bellum non aderunt, eo quod ipse Turcarum imperator omnes illorum vires contra Persas convertit: si tamen præsens contra Moschum bellum quovis clanculario modo in annum sequentem differri queat, auxilium ipsorum

LXXVIII.
(1) Oba te powyższe listy mają mylną datę 1587 roku, mylną dlatego, że tego roku nie żył już wielki wezyr, Mehemet Basza Sokolli, zamordowany 11 października 1579. Zresztą, z obu tych listów pokazuje się, że były pisane na krótki czas przed wojną Moskiewską.

promissum est.

III. Similiter etiam de Tartaris Belgradensibus responsum datum est.

IV. De fortalicio vero prope Tehinam constructo durius et acerbius auditum ac respo sum a Turcis est. Nam non solum [non] deportandum, sed omnino armis tuendum Bass præcipui conclamaverunt, idque postulatum non esse internuntio in regiis mandatis comm sum, sed ab eo confictum affirmarunt.

V. Postremo, ad prænominatos sandiacos data sunt nomine imperatoris mandata, quæ per internuntium ad Regiæ Majestatis cancellariam sunt reddita.

Extraordinaria. Dominus palatinus Kioviæ a Turcis graviter accusatur, quod con pacta regni in illorum damnum, ut ipsi asserunt, fortalicium novum in finibus M daviæ, non procul a Soroka, super fluvium Kamionka dictum construit.

LXXXI.

A Sacra Regia Majestate Illustri principi Curlandiæ et Semigalliæ duci proposita die 4 mensis junii, anno 1579.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. II.

Quum S. Regia Majestas summo suo conatu gravem hanc belli expeditionem in Moschum hostem, Livoniæ potissimum causa susceptam habeat, atque omnium regni, et Magni ducatus Lithuaniæ Ordinum, et provinciarum, quæ longe etiam ab istius hostis injuriis remotæ sunt, præclara studia, contributiones, subsidia conciliarit: dubium suæ Majestati nullum esse potest, quin Illustritas sua eo promptius studium suum quoque, operam, opem ad hanc rem collatura sit, quo et propius ad eam, ejusque ducatus pericula incommodaque ab hoste, dum justis viribus non coercetur, pertineant, et illo coercito repressoque, rerum feliciter gestarum, ac pacis, securitatisque fructus major uberiorque perventurus sit. Postulat igitur S. Regia Majestas, ut Illustritas sua declaret, quid ea, ejusque ditiones pro virili sua opis atque subsidii ad belli istius expeditionem conferre possint.

Præterea quum nulla sit orbis terrarum pars tam afflicta, quæ non aliquid ex se gignat, atque ratione aliqua in commune suppeditet, quod conferri ad salutem retinendam possit, scire S. Regia Majestas ex Illustritate sua desiderat, quomodo in Livonia constitui aliqua ærarii ratio possit, quæ vel ad negotiationes, et externorum potissimum onera, aut ullum alium præterea modum provincialibus non valde gravem conferatur.

Deinde, quum sua Illustritas Livoniæ res non possit non certius atque penitius ceteris cognitas habere, postulat S. Regia Majestas, ut quæ sua Illustritas ad ejus statum, salutem, res in ea feliciter gerendi opportunitates pertinere existimet, de iis suam Majestatem faciat certiorem.

Ad hæc quum S. Regia Majestas commissarios suos, tum publicarum rerum provinciæ causa, tum negotiorum gratia, quæ ad privatos, singulosque spectent, designarit, quos pervenire in Livoniam quamprimum cupiat, consilium suæ Illustritatis exquirit, in quo præ ceteris rebus commissariis suis opera consumenda sit, quæ ratio, quis modus in rebus cognoscendis tenendus, quale jus in singulorum controversiis sequendum, quibus quaque res locis commodissime tractari possit, quæque alia sua Illustritas hic pertinere intelligat.

Denique, ut sua Illustritas communicet quidquid spectare ad belli suscepti rationem, utilitatemque rerum administrandarum, opportunitatem, atque hostis conditionem judicatur.

LXXXII.

Ad articulos a Sacra Regia Majestate Poloniæ, Domino nostro longe clementissimo, quarta junii, anno 1579, propositos, Illustris principis, Curlandiæ ducis, brevis et simplex resolutio die octavo ejusdem exhibita.

Quod S. Regia Majestas omnium regni Poloniæ, Magnique Lithuaniæ ducatus, Ordinum, et provinciarum consensu et ope, hosti Moscho bellum decreverit, eo nec lætius quicquam,

nec optatius, non solum Celsitudini ejus, et illis, qui hactenus tremendæ hostis tyrannidi expositi fuerunt, et sunt, sed omnibus pariter finitimis atque vicinis accidere potuit. Optat itaque ut hæc summe necessaria expeditio sic continuetur et finiatur, ut ex restituta provincia Livoniæ salute, S. Regiæ Majestatis, patris patriæ decus, et gloria immortalis excrescat.

Nec minus suarum partium esse agnoscit, quicquid facultatis reliquum habeat, ad pulcherrimum hoc sacri belli institutum et opus conferre. Ad quam vero extremam inopiam et paupertatem, hoc ultra viginti duos annos bello durante, tum ab hoste, tum etiam a militibus præsidiariis, Celsitudo ejus cum subditis suis redacta sit, notius est, quam dici possit, qua de re et ante sæpius ad S. Regiam Majestatem, aliosque regni status querelæ delatæ sunt. Quantum ergo et opis et operæ a fractis istis atque enervatis ad belli rationes afferri possit, S. Regiæ Majestati, omnibusque regni Ordinibus, pro sublimi sua ~~=~~ sapientia, æstimare in promptu est. Id vero quod extremo conatu facere poterunt, vix tantum fuerit, ut Dunæ ripa contra hostis, quatenus is hactenus in Dunensibus munitionibus fuit, et prope in dies majori accessione augetur, creberrimas excursiones muniatur et defendatur. Diem autem Celsitudo ejus vigesimum secundum mensis hujus omnibus suis subditis constituit, quo ad commodum quemdam locum conveniant, ubi hac ipsa de re amplius Celsitudo ejus cum illis agat, et S. Regiæ Majestati, quum volente Deo in castra pervenerit, rem aperiet, ut tum pro rei necessitate et conditione, quæ contra illos hostiles munitionum Dunensium præsidiarios adversariæ copiæ ad ripam istam disponi debeant, constituatur.

Secundus articulus de ærario publico in genere ad omnes adhuc residuos Livonienses, et ipsam quoque civitatem Rigensem pertinet. Nec dubium est, quin ante aliquot annos, quum idem negotium tractaretur, per approbationem illorum, ad quos illud spectabat et pertinebat, in rei publicæ usum et commodum, rebus tum adhuc integris, nec ab hoste dilaceratis, facile certi aliquid constitui, aut decerni potuisset, si eadem ratio ne cautionis dexteritas adhibita fuisset. Quantum hoc rerum statu et perturbatione Celsitudo ejus cum subditis suis momenti afferre possit, adeo manifestum est, ut commiseratione potius, quam indignatione opus sit. Palam est totum illum ducatum nullos alios habere proventus, quam quos beneficio agriculturæ terra fundit. Quum vero ex militum continuo transitu, hactenus ea agriculturæ impedimenta inducta fuerint, ut dimidia propemodum, et quidem præcipua ducatus istius pars inculta et desolata relicta sit, atque insuper etiam omne residuum miserrimis incolis per vim ademptum, adeo ut magno numero jam pridem perierunt, nec minus nunc reliqui fame pereant, tantum abest ut ad rei publicæ necessitatem aliquid conferre queant, præsertim quum nec Celsitudo ejus, quæ una cum illis in eadem calamitatis nave fertur, militaria servitia, justaque debito modo præstare valeant.

De statu Rigensium etiam Celsitudi suæ res est manifesta, siquidem circumquaque omnes districtus devastati atque exinaniti ~~sint~~ sunt, neque flumina Duna quicquam mercium civitati isti apportetur, unde et hoc sequitur, quod perpaucæ transmarinæ naves et

mercatores nunc istic appellant, eoque emporio utantur, quum sciant pæne omnes exercendæ mercaturæ commoditates sublatas ibi esse. Si itaque pauci illi nautæ, qui nondum emporio isti valedixerunt, novis exactionibus gravarentur, facilius id ad detrimentum hujus oræ, quæ hinc navigationis beneficio prorsus privaretur, quam ullum Reipublicæ commodum cederet. Dubitat ergo Celsitudo ejus, an non consultius fuerit hoc propositum aliquantulum differre, donec divina favente gratia, hoste ex finibus et agris provinciæ pulso, tum aliorum proventuum, tum navigationis copia isti emporio redderetur. Neque tamen refragabitur Celsitudo sua ei, quod communi consilio et consensu ad Reipublicæ commodum et incrementum decretum fuerit: conferet etiam ulterius hac ipsa de re cum subditis suis.

Quod ad tertium articulum attinet, optandum omnino esset, ut a primo factæ subjectionis tempore certa quædam et conveniens provinciæ ratio suscepta et servata fuisset: procul dubio et status et salus istius etiam nunc melioribus in terminis versaretur, nec acerbissimarum querelarum tantum, hostilis vero tyrannidis multo minus in ea auditum fuisset. Quod quum divinum numen, nostris infensum multiplicibus peccatis, aliter permiserit, non immerito S. Regia Majestas pro regia sua beneficentia in hanc curam incumbit, ut calamitosissimæ hujus provinciæ rebus quamprimum consulatur; quibus autem rationibus commodissime hoc fiat, Celsitudini suæ non tam facile dictu est, quam S. Regiæ Majestatis judicio planum. Si vero quisquam arbitretur ea media, easque rationes a prioribus pactis conventis et transactionibus quam planissime demonstrari, isti Celsitudo ejus facile subscriberet, mota iis rationibus, quæ et juri divino et humano innitentes, benedictionem divinam, omnemque quam belli, quam pacis tempore prosperitatem, qua nihil præstantius, omnium bonorum, recteque judicantium laudem et celebrationem accumulant. An vero hoc tempore, quo bellicæ curæ et occupationes S. Regiam Majestatem distinent, ac priusquam de eventu belli constet, id ~~iste~~ institui, deducique in effectum possit, Celsitudo ejus in medio relinquit.

Arcibus autem Rigensi et Dunemundensi ut ante omnia rectius prospiciatur, ipsa hortatur et deposcit necessitas, id vero de quibusdam Transdunanis prope adjacentibus, nunquam vacantibus bonis regiis hoc tempore commode fieret. Cæterum ad hoc vel communi sensui patet, fore perquam difficile, ut nunc usque adeo perturbato Livoniæ statu (de quo varia et fama et literis afferuntur), residuæ arces contra irrumpentis hostis vim defendantur: atque illæ etiam, quas Dux Magnus tenet, sic propugnentur, ne opinione citius vel hostili violentiæ cedant, vel quovis alio modo abalienentur, quum nostrorum præsidiariorum prædationes nihil in provincia reliquum fecerint, quo munitiones, quæ et ipsæ omni commeatu destituuntur, sustentari queant. Cujus sane rei nequaquam S. Regiæ Majestati, neque etiam Illustri Domino exercituum imperatori, nec campiductori imputatur, sed illorum esse, qui præsidii causa in provincia relicti, officii sui immemores, depopulationibus dediti fuerunt, manifestum est. Quapropter summopere necessarium videtur, ut certus capitaneus

generalis constituatur, qui sua præsentia et auctoritate militem præsidiarium sub disciplina militari semper in officio contineat, illius petulantiam et temeritatem juxta rigorem juris coerceat, ut salvis civibus hostium vires infringantur. Multis etiam gravissimis de causis Celsitudini suæ consultum videtur, ut S. Regia Majestas pro Transdunanis exulibus peculiare vexillum erigere curet, qui ad extremam inopiam quamvis redacti, nihil tamen animi fortitudinis amisisse, sed potius contra hostem pro aris, focis, charissimisque pignoribus recuperandis fortiter, pro suo in patriam zelo pugnaturi creduntur, quorum etiam tum in aliis, tum in suggerendis suppetiis, tum ad militiæ, quam alias familiæ alendæ necessitates, ad exemplum aliorum christianorum principum, qui, occupatis Livoniæ ditionibus, exulibus suis benefice succurrentes, istis artibus, divina simul aspirante gratia, hominum favorem ac fidem sibi devinxerunt, ratio habenda erit.

Quantum ad commissarios, Celsitudo sua non videt, quid nunc temporis, ubi singuli bellica expeditione occupati, in publicis et privatis negotiis effecturi sint, nisi forte quædam in civitate Rigensi, tanquam loco commodiore, expediant, præsertim quum ardente hoc bello, tractandis negotiis alia loca minus nunc tuta videantur, sumptibus illis in tanta rerum omnium caritate et inopia, majori cum emolumento in alios usus collatis. Interea tamen ut iis, qui pro calamitatis suæ magnitudine commissariorum adventum expectant, aliquid opis et solatii afferratur, illique a vi et injuriis indemnes præstentur, S. Regia Majestas providere clementissime dignabitur.

Deinde, ut per deputatos commissarios Celsitudinis suæ subditis, in confinio M. D. Lith. omnia, quæ regnante S. Regia Majestate, præsertim Dunaburgensi in districtu a Dzisnensibus, Braslaviensibus, Drisnatensibus ...., vi occupata et adempta sunt, in integrum restituantur. Quæ vero superioribus annis eadem violentia occupata sunt, cum toto negotio principali rejiciantur in adventum utrinque designandorum commissariorum. Quibus etiam illud negotii detur, ut querelas et gravamina Dunaburgensium incolarum de præsidiis Dunaburgicis cognoscant et dijudicent, quo tandem læsis et violatis de militum istorum in thesauro arrestatis salariis satisfiat, neque illi uti hactenus ejusmodi violentiis et direptionibus amplius graventur et affligantur.

Postremo, quod belli suscepti rationem, administrandi opportunitatem, et hostis conditionem attinet, manifestum est, quod quum ne quidem integris, et longe melius, quam nunc constitutis rebus suis, intra totum vicennium hostis is æquato Marte proelium inire ausus sit, aut si forte vicerit, ab iis tamen copiis, quæ illius viribus nullatenus pares fuerunt, stationem deserere, ac fugam dare coactus sit, eum multo minus nunc, postquam non tam ex diuturno bello, quam domestica in proprios ac primarios milites et subditos exercita tyrannide, vires ejus in tantum fractæ et imminutæ sunt, ut a peritorum militum robore plane infirmus perhibeatur, cum tumultuarie coacta omnisque militiæ ignara plebecula in aperto campo subiturum, aut in acie manus conserturum. Quum verisimile sit, eum post imminutas vires, auctam autem ad summum usque gradum tyrannidem (quæ illum teste propria conscientia invisum Deo.

hominibus reddidit), non meliore quam ante fortuna usurum. Quantum ergo conjici potest, hoc potissimum conabitur, ut arces et munitiones suas præsidiis firmet, ac in tota passim ditione sua omnia ita disponat, ut pabulantes, aliisque de causis excurrentes ex insidiis adoriri ac impetere possit, præsertim si animadverteret non uno tantum ex loco hac æstate in se impetum fieri. Quod si vero, Deo sic disponente, et suo quodam fato animum induceret S. Regiæ Majestati in aperto campo sui copiam facere, nihil æque conduceret, quam recta via, infestis agminibus, quam celerrime in illum ferri, et de tota re unius diei fortunæ commissa, fortiter armis decernere. Hoc facto, et hoste fuso et prostrato (id quod post divinam fiduciam, causæ etiam ipsius bonitas polliceri videtur), in illud maxime elaborandum esset, ut confestim Moscoviam ducto exercitu, urbs illa inopinato incendio exusta, quocumque posset modo expugnaretur, ac ut pari in occupanda Narva Svecici milites uterentur vigilantia.

Subactis, divina benignitate, et pro necessitate firmo præsidio instructis duabus hisce urbibus, jam bona ex parte ab hoste vindicata foret Livonia, neque necessum esset illas in eadem arces et munitiones vi obsidere, admotisque tormentis expugnare: ultro enim, quas alia ratione superari in proclivi non esset, interclusæ subvehendi de Moscovia commeatus et annonæ facultate, ad deditionem fame cogerentur, quum alias testibus multis fide dignis viris, utriusque regionis situs non ignaris, facilior omnium Moscoviæ ditionum, quam unius Livoniæ expugnatio sit.

Nihilominus tamen dum S. Regia Majestas bellum in Moscovia cum exercitu gereret, quædam in Livonia ad reprimendas et coercendas præsidiariorum Moschicorum excursiones, tum etiam depascendas et prosternendas fruges et annonam, qua hostis frui posset, neque illa tamen admodum numerosa essent præsidia relinquenda.

Hæc ubi omnia, cæteris paribus, rite administrata et confecta fuerint, Celsitudinis quidem illius judicio, rebus Livonicis ex hac parte non male consultum esset, sed cuncta fortassis, divina promovente gratia, optatum exitum sortirentur, et possent deinde ex capta Moscovia, vel Novogrodum, quod non bene munitum fertur, vel alia quævis magis accommoda loca sine magno negotio occupari.

Porro ducatus Polocko, Smolensko, ipsamque Moscoviam quod attinet, quum harum regionum situm et locum Celsitudo ejus solide non cognoverit, ista missum facit, neque tamen ea in parte S. Regiæ Majestati vel necessarios nervos belli, vel sana consilia defutura dubitat. Vix autem, nisi fatis omnino adversantibus, poterit non contingere, quin ex tot, tamque diversis locis uno tempore oppugnato Moscorum principe, propter illius nimis tyrannide oppressi subditi ab illo defecturi, et, quod Deus Opt. Max. faxit, in S. Regiæ Majestatis clemens et mite imperium concessuri sint. Quod ut multum industria et sollicitudine illorum, qui una cum illis religione et sermone utuntur, promoveri potest, ita ad avertendam innoxii christiani sanguinis effusionem nulli hic operæ parcendum.

Quum vero nusquam minus quam in bellis eventus respondeant, S. Regia Majestas

etiam [sine] commonefaciente Celsitudine ejus, dubio procul probe omnia curare, ac ubicumque necesse fuerit, providere dignabitur, ne quid post præproperum militis regii discessum, Respublica futura hieme detrimenti capiat, vel hosti quomodocumque acceptam cladem ulciscendi occasio relinquatur.

Et hanc ad propositos a S. Regia Majestate articulos simplicem resolutionem Celsitudo illius magis studio debitæ subjectionis ac fidei, quam illius confidentiæ temeritate exhibens obnixe rogat, ut S. Regia Majestas (cui se, suaque omnia humillime commendat), pro regia sua gratia, non tantum in meliorem partem accipere, verum etiam sicubi a scopo aberraverit Celsitudo ~~ejus~~ illius, quæ exactius illa non intellexerit, clementer ignoscere dignetur.

List Stanisława z Fulsztyna Herburta do kanclerza Koronnego Jana Zamoyskiego — z Samborza 7 Czerwca 1579.

LXXXIV. Na domaganie się królewskie aby dochody z żup były przysłane do skarbu królewskiego Herburt odsyła 860 zł. i donosi o kilku tysiącach niesprzedanych beczek soli.

Źródła do dziejów Polskich Grabow. i Przezd. I str. 61.

LXXXIII.

Rex Poloniæ Stephanus ad regem Sveciæ.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime princeps, Domine amice et affinis noster charissime. Antonius Possevinus, a summo pontifice ad Nos missus, ea de Serenitate Vestra Nobis retulit, quæ licet aliunde cognoveramus, tamen, ubi liquidius et uberius ex tam fido relatore rescivimus, omnibus certe lætitiis incessimus. Itaque ad firmam eam spem, quam de secundo omnium rerum Vestræ Serenitatis exitu conceperamus, tanta accessio est facta, nihil ut dubitemus fore, tam ~~...~~ arduum..... de quo omnipotenti dextera Dei, quæ præclarissimis istiusmodi conatibus præsentissimum semper præbuit auxilium, proque invicto Vestræ Serenitatis animo, triumphum augustissimum non sit reportatura (1). Quum vero et datis anno superiore ad Nos a Serenitate Vestra literis fidei, et tum recenti summi pontificis testificatione, tum colloquiis aliquibus cum eodem Antonio Possevino habitis intelligamus, quanta utergue homini religioso, et regiarum Serenitatis Vestræ virtutum insigni præconi fidem adhibere debeamus, propterea voluimus quicquid habebamus in pectore, quodque aliis non judicassemus, confidenter illis aperire. Ex eo igitur, quamvis nonnulla per Venerabilem Laurentium Goslicki, nostrum secretarium, Vestræ Serenitati nuper significavimus, fusius tamen sincerissimam erga ipsam voluntatem et propensionem nostram cognoscere poterit. Qua de re tota, sicuti etiam de bellico nostro apparatu, frenoque Tartaris injecto, atque de coercendo potissimum communi hoste et tyranno Moscho, referet ipse Antonius Possevinus, quem nisi ita charum Vestræ Serenitati esse sciremus, non possemus prætermittere, quin hominem Nobis quoque percharum ipsi de meliore nota commendaremus. Serenitatem Vestram recte valere exoptamus. Datum Vilnæ, die 9 junii, anno Domini 1579, regni nostri quarto.

(1) Obacz przypisek do następnego listu zróła do papieża.

LXXXIV.

Regia Majestas ad summum pontificem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Post oscula pedum beatorum. Quæ Sanctitas Vestra Venerabili Antonio Possevino ad me mandata dedit, quique ea mihi quam diligentissime pro singulari sua et fide et prudentia exposuit, ~~cum~~ quum ea qua par est observantia, tum permagna cum voluptate accepi. Quod ad Serenissimum principem, Sueciæ regem, attinet, etsi qui meus est et propagandæ religionis catholicæ ardor, et in principem affinitate, amicitia, vicinitateque mihi conjunctissimum amor, in pulcherrimo, optimoque conatu, studio, opera, opeque mea ejus Sanctitati affuturus sum; tamen quum ad eam animi mei inductionem mandata Sanctitatis Vestræ accedant, ita mihi in ea causa elaborandum existimo, ut quum pietati meæ, tum Sanctitatis Vestræ voluntati satisfaciam, quod equidem facere, quotiescumque res flagitabit, nunquam prætermittam. Qua de re et literas ad Serenissimum Sueciæ regem meas dedi, et Antonio Possevino quædam commendavi, quæ a me ejus Serenitati coram verbis exponeret, neque diffido quin præclare cœpta progressus indies majores acceptura sint (1).

Postremo, quum hoc tempore in ipso bellicæ expeditionis in hostem Moschum procinctu sim, quumque hæ meæ Sanctitati Vestræ redderentur, sub signis, in ipsis rebus gerendis versaturus sim, supplico Sanctitati Vestræ, ut quum sanctissimis suis, tum Ecclesiæ votis, precibusque conatus meos contra hostem immanissimum, rerum mearum repetendarum, et subditos meos ab interitu, servitute, et crudelissimis cruciatibus vindicandi causa susceptos, clementissime prosequi, et Deo præpotenti, exercituum Domino, commendare dignetur. Me, regnum, dominiaque mea, benevolentiæ Sanctitatis Vestræ etiam atque etiam commendo, eamque bene valere exopto. Datum Vilnæ, die 10 mensis junii, anno Domini 1579.

Stephanus Rex.

LXXXIV.

(1) Jan III, król Szwedzki, wychowany w wierze katolickiej przez matkę, Małgorzatę Lejonhufwud, poślubił roku 1562, będąc jeszcze xięciem Finlandzkim, Katarzynę, siostrę Zygmunta Augusta, która go bardziej jeszcze w religii przodków ugruntowała. Erik XIV, starszy brat Jana, któremu się to małżeństwo nie podobało, pod pozorem że Jan spiknął się z królem Polskim na jego życie, wracającego z Wilna do swego xięstwa zdradą w Abo pojmał, i wraz z żoną do więzienia w Gripsholm wtrącić kazał, gdzie Jan cztery lata przesiedział, i gdzie mu żona syna Zygmunta powiła. Tam zatopiony w czytaniu Ojców Kościoła, i mając przed sobą wzór poświęcenia, cnoty i cierpliwości chrześciańskiej w osobie Katarzyny, tym większą powziął nienawiść do nauki Lutra wyznawanej przez swego prześladowcę, i dzieła tego reformatora gnojem nazywał: stercora sunt.

Z więzienia przesiadłszy się na tron, Jan zachował dawne przekonanie religijne, ale że wiara Lutra naprzód gwałtownie przez ojca jego, Gustawa Wazę, od pół wieku zaprowadzona, potem pod bratem dobrowolnie się przyjęła i rozkrzewiła, Jan pozostał

w duchu szczerym katolikiem, ale obrządku katolickiego przywrócić nie śmiał.
Żeby go skłonić do otwartego wyznania wiary i przywrócenia obalonego Kościoła, Grzego
XIII posłał naprzód roku 1575, za radą Hozjusza, Stanisława Warszewickiego Jezuitę do Szt
kolmu, niby z pozdrowieniem od królewny Anny do królowej Katarzyny. Chcąc uniknąć
podejrzenia, Warszewicki zrzucił jezuicką sukienkę, i jako xiądz świecki ukrywał si
w zamku, gdzie miał z królem Janem cztery teologiczne rozmowy, w których mu król o
świadczył, że nie ma żadnej nadziei wrócenia z narodem na łono Kościoła, jeśli papie
nie zezwoli na kommunią pod dwiema postaciami, na mszę w języku szwedzkim
i na małżeństwo xięży. W rok po Warszewickim odwiedził Jana ze strony papieża
i Hozjusza drugi Jezuita, Wawrzyniec Nicolai rodem z Norwegii, który z Lutra
został Jezuitą w Lowanii. Czekał król wtedy, jak naród i duchowieństwo przyjmie lito
gią bardzo zbliżoną do obrządku katolickiego, którą sam jako niepospolity teolog uło
żył. Pomimo oporu Karola, xięcia Sudermanii, brata królewskiego, i kilku profesorów
w Upsalu, Stany zgromadzone na początku roku 1577, świeckie jednomyślnie, duch
owni, krom dwóch biskupów i ośmdziesiąt sześciu deputowanych od duchowieństwa,
przyjęły tę liturgią. W kilka dni potem mniejszość złączyła się z większością, i dnia
16 lutego wszyscy ż biskupi i znamienici duchowni dzieło to królewskie podpisali.
Przy końcu roku 1576, król Jan posłał był do Rzymu swego sekretarza i przyjaciela,
Piotra Fechten, i xięcia Ponta de la Gardie, w sprawie o spadek po królowej Bonie, i
zarazem z tajemnemi poleceniami do papieża w materyi wiary. Fechten utonął na
morzu, a Pontus o tem tylko z tych poleceń wiedział, że król żądał od papieża biegłego teo
loga. Papież posłał mu trzeciego Jezuitę Possewina, który przybył do Sztokolmu przebra
ny za posła od cesarza Rudolfa, ze szpadą u boku. Król odprzysiągł się przed nim swych b
łędów, uczynił spowiedź powszechną, i otrzymał rozgrzeszenie pod tym warunkiem, że c
do żądań swoich zaniesionych do Stolicy apostolskiej przez Warszewickiego, zda się zupe
nie na to, co papież o nich postanowi. Gdy mu król te żądania podał na piśmie, do któ
rych dołączył dziewięć innych, a między niemi uchylenie czci świętych i wody święco=
nej, Possewin wyraźnie oświadczył, że papież nigdy na te pięć punktów nie zezwoli:
jakoż siedm mniej ważnych w Rzymie przyjęto, a te pięć odrzucono.
Possewin posłany po raz drugi roku 1579 do Szwecyi, przywiózł królowi Stefanowi
list od papieża, na który król dał powyższą odpowiedź. Odrzucenie tych pięciu żądań ostu
dziło w królu Janie zapał do odbudowania obalonego przez ojca Kościoła. Widząc niepodobień=
stwo dopięcia bez nich swego celu, nie śmiał, pomimo nalegań Possewina i Stolicy apostolskiej, wy=
znać się jawnym katolikiem, a tym mniej kończyć rozpoczęte przez siebie dość szczęśliwie dzieło, ni
czem większy okazał rozum, niżeli syn jego Zygmunt, który chcąc wbrew przysiędze, jaką się podczas
koronacyi zobowiązał, że utrzyma wyznanie luterskie, narzucić obrządek katolicki narodowi, w któ=
rym już zaledwie kilku pozostało katolików, podniecił do najwyższego stopnia fanatyzm luter=
ski, przez co i koronę Szwedzką stracił, i Polskę wplątał w niepotrzebną ze Szwecyą wojnę.

LXXXV.

Responsum Sacræ Regiæ Majestatis nomine nuntiis ab equestri Ordine Transdunensis Livoniæ ducatus missis datum Vilnæ die 11 junii, anno 1579.

Teka Naruszewicza ~~92~~ 87 d 19. Ex arch. regni, et ex Cod. dipl. Dogieli t. V.

Accepit perquam clementer Sacra Regia Majestas, quæ equestris Ordinis Transdunanæ in Livonia provinciæ nuntii scripto obtulerunt, et capit Sua Majestas jam diu gravem animo dolorem, quum ex tristi Livoniæ statu, tum potissimum ex acerba equestris Ordinis calamitate, qua superioribus temporibus ab hoste crudelissimo quum vi ipsa, tum et sibi et patriæ universæ infelicibus quorumdam consiliis, studiisque longoque progressu affecta est, cujus non tantum levandæ, et depellendæ, verum etiam vidicandæ in illo hoste causa, quid Sacra Regia Majestas simul ut evecta est a Deo præpotente ad regni sui, Magnique Ducatus Lithuaniæ gubernacula facere studuerit, contendens laboraverit, quid hoc tempore, et quam belli molem omnium regni, et Magni Ducatus provinciarum ope, quibus quidem per hostem illum pacatis esse licuisset, susceperit, et quo jam in procinctu sit, nuntii ipsi Ordinis equestris Livoniæ, atque adeo omnes vident. Pro eo igitur regio studio, atque paterna in Livoniam, suosque subditos cura, Sacra Regia Majestas declarat se, liberata, Deo juvante, ab hoste Livonia, ademptisque locis, vicissim ad potestatem et dominium suum revocatis, quibus qui sedibus, bonisque suis propriis per vim hostilem exturbati sint, illis se clementissime eos restituturam, atque etiam pro meritis, majoribus commodis per occasionem amplificaturam esse, omnino enim faciendum sibi Sacra Majestas pro munere suo regio existimat, ut fidelibus suis subditis omnibus jura atque commoda sua conservet.

Quod ad liberandos captivos attinet, Sacra Regia Majestas, etiamsi subditi sui non essent, tamen pro christiani principis officio et peculiari clementia sua eo ferretur, si quæ eorum liberandorum potestas esset: quo majore nunc ejus rei desiderio accensa est, quum suos esse sciat. Quum autem Sua Majestas jam jam in ipso in hostem progressu sit, et aliquot hisce mensibus, ut primum, ita maximum belli ardorem ferendum intelligat, qui certe omnia cum hoste commercia et tractatus excludat, non videt Sacra Regia Majestas suscipi hoc tempore liberandorum captivorum rationes ullas posse. Quæ vero aliquot paucos post menses suscipi poterunt, eas libentissime ad eliberationem suorum pro cujusque conditione accommodabit.

Ad sublevandam etiam eorum egestatem, qui suis fortunis ab hoste exuti sunt, Sacra Regia Majestas opem suam munificentiamque regiam libenter

conferret, si id immensi atque infiniti rerum pro communi omnium salute et fortunis susceptarum sumptus, omnia quæcunque in toto regno et in Magno Ducatu Lithuaniæ corradi possunt, vendicantes, ulla ratione paterentur. Quod quum per se ex magnitudine suscepti belli Ordo equestris Livoniæ facile perspicere possit, hortatur Sacra Regia Majestas, ut quum quisque fortunam peculiarem suam in communi versari sciat, servire aliquantisper communi illi studeat, et quam gravioribus malis, et longiori tempori tolerantiam accomodavit, eam parvo adhuc temporis spatio præstandam existimet.

Qui vero nomina dare, atque operam militarem suam huic bello navare volent, eorum numerum certum Sacra Regia Majestas adscribi in militiam suam iis stipendiis curabit, quæ ceteri Suæ Majestatis milites stipendia facientes merent, neque enim fieri posse non modo sine invidia, verum etiam sine dissensione et perturbatione ordinis militaris Sua Majestas intelligit, si inter subditos suos stipendiorum inæqualitas aliqua inducatur.

Quod ad gubernationem Livoniæ attinet, Sacra Regia Majestas constare Ordinibus Livoniæ intelligit, ab se Livoniæ gubernationis rationem, quam regnum hoc capessens repererit, commutatam non esse. Etsi vero Sua Majestas intelligat esse, quæ in hac gubernandi ratione desiderari possint, tamem quum hoc tempore non tam de gubernando, quam repetendo cogitari debebat, et in ipso belli ardore quidquam immutare integrum non sit, necessario hæc consideratio in aliud tempus, opportuniusque differenda est. Quo quidem tempore Sacra Majestas collapsas, eversasque Livoniæ res, earumque gubernationem ita restitutura est, ut omnes ejus Ordines intelligere possint, cuncta ad provinciæ salutem, securitatem, utilitatemque relata esse. Quibus se ordo equestris injuriis affici a capitaneis, vel præsidiis Regiæ Majestatis conqueritur, iis ut succurratur, Sacra Regia Majestas commissarios suos in Livoniam mittet, qui cuncta cognoscent, et quæ dijudicare, pro delegata sibi potestate, integrum esse intelligent, dijudicabunt, quæ Sacræ Regiæ Majestatis auctoritatem requirent, ea referent, quumque retulerint, faciet Sacra Regia Majestas, ut ex æquo omnibus justitia administretur.

Stephanus Rex.

LXXXVI.

Henricus, Ordinis Theutonici magister, ad Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime atque potentissime Rex. Quum Generosus et nobilis Dominus Joannes Taube, liber baro, Regiæ Tuæ Majestatis a consiliis, superioribus mensibus ab Illustri Domino Joanne Chodkiewicz, comite in Szklow, Bychow et Mysz, castellano Vilnensi, Magni ducatus Lithuaniæ archimarschalco, in negotiis Ordinis nostri ad nos inter alios transmissus, et in tractatu causæ necessarium esse comperti fuerimus, legationem ad Majestatem Tuam Regiam, Ordinis et totius Germaniæ nobilitatis nomine primo quoque tempore decernendam: maturo ergo consilio cum nostris provincialibus inito, mittendos esse [cum] nostris mandatis duximus Reverendos, nobiles et strenuos viros ac Dominos, Dominum Hugonem Theodoricum ab Hohenlandenberg, Ordinis nostri provincialem per totam Franconiam, cum aliis nostro nomine sibi adjunctis. Quamobrem a Regia Tua Majestate petimus, ut omnibus in rebus, quas ii nostro et totius militiæ nostræ nomine ad Regiam Tuam Majestatem perferent, eadem illis fides adhibeatur, quæ nobis ipsis, si coram loqueremur, daretur. Quæ mandata illis dedimus, ea Regia Tua Majestas suo paterno ac pio in Ordinem nostrum sensu ac animo reddat faciliora. Rem ii omnem, desideriumque nostrum coram diligentius explicabunt, quos, confectis constitutisque celeriter, de quibus agendum erit, rebus, ad nos tuto ut remittat, Regiam Tuam Majestatem humiliter rogamus, cui omne animi obsequium libenter offerimus. Datæ Mergetheimii, die 12 mensis junii, anno Domini 1579.

LXXXVII.

Cardinalis Masseus ad S. Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. I.

Edej

Et literas legi libenter, quas reddidit mihi Majestatis Vestræ orator, et quæ ejusdem erga me benevolentia, propensaque animi voluntate, deque maxima in hanc Sanctam Sedem Apostolicam observantia, ac pietate coram exposuit, audivi libentissime. Nam quod pertinet ad me ipsum, quo minus aliquibus meritis hujusmodi Majestatis Vestræ benevolentiam deberi intelligo, eo magis afficior letitia, ac prorsus tanta, ut nihil plane mihi accidere jucundius possit. Quod autem ad ejusdem erga istam Sedem pietatem, ita equidem sentio, nihil his difficillimis temporibus utilius, nihil magis salutare contingere posse, quam maximos principes, qui possint sua quum prudentia, tum auctoritate laborantis christianæ Reipublicæ calamitatibus mederi, eidem summa fide, singularique observantia obstrictos esse. Inter quos quum præcipuum locum habeat Majestas Vestra, in spem certam venire possumus, in ejusdem Sedis conservanda, augendaque auctoritate adversus eos, qui christianam, vereque catholicam religionem pravis opinionibus labefactare student, maximo nobis illam futuram adjumento. Ego autem, Serenissime Rex, quicquid sum, quicquid possum, id Majestati Vestræ ita defero totum, ac polliceor, ut si quid usu venerit, in quo mihi ejus causa laborandum sit, id sum ita alacriter facturus, ut quum omnia præstitero, quæ in me erunt, nunquam tamen studium et cupiditatem meam videar assecutus. Deus maximus Majestatem Vestram diutissime incolumem servet. Datum Romæ, die 12 junii, anno Domini 1579.

LXXXVIII.

Responsum Serenissimi principis, Domini Joannis tertii, Dei gratia Suecorum, Gothorum, Vandalorum, etc. regis, ad postulata Serenissimi Poloniæ, etc. regis, per suæ Serenitatis oratorem, R. et G. Laurentium Gosticki, canonicum Cracoviensem, secretarium et secreti consilii consiliarium, Stocholmiæ, die 13 junii, anno Domini 1579. datum.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissimus et potentissimus princeps, Dominus Joannes tertius, Dei gratia Suecorum, etc. rex, quanquam viva voce, publice et privatim, ad ea responderit, quæ Reverenda Dominatio Vestra nomine Serenissimi Poloniæ regis non modo in conclavi regio, verum etiam in conspectu omnium proposuit; tamen ad ea, quæ Dominatio Vestra scriptis declaravit, hæc ut rescriberentur, mandavit. Quod igitur Majestas Poloniæ non tantum suum defendere, verum etiam Moschorum ducis ditionem invadere decrevit, id Serenissimo regi Sueciæ est pergratum, qui de hostili regione subjuganda, non de sua tantum præsidiis firmanda et custodienda cogitat. Fit autem ut quod quisquam recte statuit, id in alio, qui ejusdem rei studio fertur, laudet.

Causas regis instituti D. Vestra affert amorem, amicitiam et affinitatem: vim certe

illa in animis principum habent maximam, et eadem causæ impulerunt Serenissimum et potentissimum regem Sveciæ, ut tribus Poloniæ regibus, Serenissimo, piæ memoriæ, regi Sigismundo Augusto, Serenissimo Poloniæ regi ante, nunc Galliarum regi Henrico, Serenissimo principi, Domino Stephano, qui nunc Poloniam fortiter et prudenter gubern[at] opes et opem detulerit adversus Moschorum tyrannum.

Quod autem, eloquenter dum orat, Serenissimo ac potentissimo regi Sveciæ dixit, divinitus nunc offerri, quæ S. Regia Majestas a regibus Poloniæ sæpius petivit, non negat id Serenissimus rex Sveciæ, sed nec Vestra D. R. ignorare debet, Serenissimum felicis et laudabilis memoriæ, regem Gustavum, Majestatis suæ charissimum ac desideratissimum parentem, prius multo ad ejusdem belli societatem a Serenissimo, piæ memoriæ, Sigismundo ~~a~~ rege ~~m~~ Poloniæ fuisse invitatum. Cujus igitur parens rogatus fuit, et parens rex [non] præstitit, filius rex præstabit, agentique Serenissimo Sveciæ regi sæpius, ut mutuis viribus res susciperetur, gereturque, responsum est peramanter, missique ob id e Polonia in Sveciam legati, inter quos fuit Magnificus castellanus Sanocensis (Joannes Herburt). Quid per illos actum conclusumque fuerit, Sveciæ et Poloniæ cognitum est, nec per Svecos et Gothos stetit, quin mutuis viribus bellum gereretur, qui etiam sine ullis sociis bellum per tot annos, et continenter ita gerunt, ut nunquam victi, semper victores ~~extiterint~~ exstiterint, proditione peregrinarii et mercenarii militis aliqu[a] amiserint, armis semper invicti. Nec auxilii ferendi ullam occasionem prætermiserunt, sed Serenissimi regis Sveciæ jussu obsessis Vandaliæ opem tulerunt, urbemque magnis hostium copiis cinctam, Dei beneficio, liberarunt, Magnique Moschorum ducis ingentem exercitum, castris exutum, fuderunt, fugaruntque (1).

Post tres causas, quartam subnectit rationem D. Vestra R: spe enim commodorum cupit Serenissimus rex Majestatem [Sveciæ], alioqui justissimi belli cupiditate flagrantem, ad bellum impellere. Quam commodum sit suæ Majestati et Majestati Poloniæ contra Moschum, communem hostem, simul insurgere intelligit, sed miratur, tormenta ad Vandaliam adempta, omnia Vilnam abducta, quum tormenta illa ad se pertinere recte judicet, ut quæ mutuis auxiliis capta sunt, eaque sacramento dicto tribuni Serenissimi Poloniæ regis se pro rata parte eo transmissuros, quo Serenissimo Sveciæ regi viderentur devehenda, promiserunt, fidemque suam Sveciæ exercitus ductori generali obstrinxerunt: quanquam iis non magnopere indigeat, quum omni metallorum genere, ex quibus tormenta funduntur, abundet; poteret tamen in perpetuum memorabilis victoriæ monumentum.

Serenissimo Poloniæ regi curæ esse statum regionum Serenissimi regis Sveciæ, non dubitat Sveciæ Majestas, mutuamque gerit curam pro felicitate et incolumitate

---

LXXXVIII.

(1) Jest tu mowa o walnem zwycięztwie przez Polaków pod sprawą Andrzeja Sapiehy i Macieja Dembińskiego, pospołu ze Szwedami pod władzą Jerzego Boje, nad Moskwą pod Wendą czyli Kiesią, którą król szwedzki Wandalią zowie, odniesionem dnia 21 października 1578 roku. Zginęło w tej bitwie ośmiu wodzów Moskiewskich, dziewięciu pojmano.

Majestatis Poloniæ.

Petit Majestas Poloniæ in subsidium a Majestate Sveciæ septem millia peditum et mille equitum. Sua Majestas multo majorem exercitum in Livoniam mittere statuit. Ut autem copiæ Svecorum et Gothorum cum copiis Polonorum et Lithuanorum conjungantur, et nostri exercitus dux Serenissimæ [Majestatis] Poloniæ dicto audiens sit, id multis de causis non putat admittendum, præsertim quod seditiones collectione diversarum gentium in exercitu summæ rerum perniciosæ sint, et exemplo belli infeliciter a landgravio Hessiæ et duce Saxoniæ contra Carolum Quintum gesti opponenda non ea quæ leguntur, sunt enim infinita, sed quæ hac ætate gesta sunt in Italia et Africa, Guletamque non tam hostium armis expugnatam, quam christianorum dissensionibus fœde deditam et desertam constat (2). Aemulatione vero et cupiditate gloriæ militum animos accendi ad virtutem verum est, si milites non tam castris, quam animis inter se conjungantur, copulenturque. Quæ autem inter eos potest esse societas, si milites nostri in ipsius belli præludiis liberata fortiter Vandalia, victoriæ et rerum prospere gestarum monumenta vident videbuntque in alterius esse potestate? verum tamen quum tempus postulabit, ut exercitus regii conjungantur, id per S. Regiam Majestatem licebit, petereque auxilium in rebus dubiis a Svecis Poloni, et a Polonis poterunt Sveci, atque eo tempore conjungentur sine ullo seditionis metu: conspectus enim communis hostis recondit privatas simultates, clangor hostium tubarum occludit militum aures mutuis conviciis, sed illa ipsa arma hostili sanguine adhuc stillantia, nisi profligato hoste, in sua quisque exercitus castra mature deducatur, verendum est, ut in mutua viscera convertant. Quid autem nostris erit sperandum, qui fratres et liberatores ad Vandaliam a Polonis appellati, tormenta jure societatis sibi debita, et jurejurando promissa nequidquam repetunt? quod non ob aliud commemoratur, quam ut intelligamus ex rerum præteritarum narratione, quid conjunctis viribus sperandum sit, quid metuendum. Videntur autem vires satis copulari, si quam maxime utriusque Majestatis nomine adversus eumdem hostem cogantur. Societatis autem etiam si copiæ non cingentur eisdem castris, maxima erit utilitas, quia educentur contra eumdem hostem, et longe major, quam si unis castris includerentur: quum utilius sit diversis in locis hostium vires, præsertim Moschorum, qui una acie nunquam audebunt congredi, distrahi, et distractas facilius posse opprimi, omnes rerum Moschoviticarum

(2) Niewiadomo o jakiej niezgodzie w obozie Jana Fryderyka, elektora Saskiego, naczelnika związku Smalkaldzkiego, mówi król Szwedzki. W bitwie przegranej pod Müllbergiem nad Elbą 24 kwietnia 1547 roku, sam tylko Jan Fryderyk dowodził. Drugi naczelnik związku, Filip landgraf Heski, nie był w niej obecny, a wojsko Jana Fryderyka z samych się Niemców składało.

W parę lat ~~(1573)~~ po bitwie morskiej pod Lepanto, zdobył roku 1573 Don Juan, brat przyrodni Filipa II, króla Hiszpańskiego, Tunis z portem Galettą, i ten był jedyny owoc tego sławnego zwycięztwa. ~~Ale wkrótce potem stracili to miasto Hiszpani wraz z tem~~

Hiszpani stracili wkrótce to miasto, nie dlatego, jak mówi król Szwedzki, że go bronili ludzie różnych narodów, to jest Włosi i Hiszpani, lecz że nie przeszkodzili wylądowaniu Turków. Ci wysiadłszy na ląd bez żadnej przeszkody w liczbie 40,000 pod dowództwem Sinan Baszy wzięli naprzód prawie bez wystrzału samo miasto Tunis, potem 24 sierpnia 1574 po trzydziestotrzydniowem oblężeniu zdobyli szturmem Golettę i wysadzili w powietrze, przez co 7000 Włochów i Hiszpanów zginęło w gruzach tej twierdzy, 2000 dostało się do niewoli; nakoniec czterokrotnie ponowionym szturmem opanowali pozostałą basztę 13 września. Don Gabrio Zerbelloni, kilku innych dowódzców, i wzięci w Goletta jeńcy przyozdobili tryumfalny Turków do stolicy powrót. Zinkeisen, Geschichte des Osmanischen Reiches in Europa, t. III, p. 487.

periti facile intelligunt. Sciunt Poloni quid ante societatem fecimus ad Vandaliam, et propterea quid facturi simus in posterum dubitare non debent.

Nihil petit Majestas Sveciæ ex iis, quæ Majestas Poloniæ occupabit, nec victoriam ante triumphum canit, sed sibi ea vindicabit, quæ armis suis acquiret, nec putat disputandum quid cuique juris sit, sed videndum quid Mars, optimus belli judex, aut Sveciæ, aut Poloniæ Majestati adjudicabit. Itaque ferri in hostem Serenissimus Poloniæ rex, ubi et quando volet, poterit, Serenissimus rex Sveciæ, qua maxime erit rebus suis commodum, hostem invadet.

Non decrevit Sacra Majestas hostibus, ac ne suis quidem, nisi quos rerum summæ præficiet, belli gerendi consilia detegere, sed ut qua libuerit Poloni in hosticum progrediantur, sic Sveci suum contra hostem sequentur ducem, quem ita rerum bellicarum delegit peritum, ut quid quoquo tempore et loco opus sit facto, facturum non dubitet.

Quum utriusque Serenissimi regis Majestas diversis in locis contra eundem tamen [hostem] bellum geret, superfluum est de præda partienda sermonem instituere, omnia enim fient occupantis. Quod Serenissimus Poloniæ rex mutuam opem, aut etiam majorem pollicetur Majestati suæ, si quando usus rerum postulabit, agit gratias. A sua Majestate petere certum numerum militum definiri cum V. R. Dominatione ..... mittet tamen copiosum, omnique apparatu bellico probe instructum, et quidem in tempore, quum hostis delendi, non tantum profligandi, singulari studio flagret.

His conditionibus a V. R. Dominatione propositis primum, et deinde viva voce a S. Regia Majestate ad belli et æquitatis rationes deductis, jacientur haud dubie foederis contra Moschum fundamenta. Sed quorsum mitteret in Poloniam de fœdere feriundo legatos, quum tot legationibus hactenus nihil eorum impetraverit, quæ S. Regiæ Majestati, Serenissimæ reginæ Sveciæ, omni divino et humano jure debentur, fœdusque toties nequidquam tentatum sit? Mittet tamen S. Majestas legatos in Poloniam, quando Majestas Poloniæ mittet legatos in Sveciam de foedere ineundo, et controversia ista nummaria post tot dilationes finienda, quanquam S. sua Majestas miratur, quod post Vandaliam liberatam ad æquissima postulata Andreæ Lorichio, oratori suo, multo etiam quam ante durius, et minus æque responsum esse, intellexerit.

Quod vero attinet ea, quæ V. R. Dominatio proposuit, et S. R. Majestas disposuit scripto confirmare, quum utriusque Serenissimi regis Majestas pari bellandi studio feratur, poterit V. R. Dominatio Serenissimi regis Sveciæ voluntatem Serenissimo Poloniæ regi, Domino suo, coram declarare.

Hortatur Majestas Poloniæ, ne S. Regia Majestas patiatur Narvam merces invehi: sera est admonitio post mare jam dudum glacie solutum, et tempus Narvam navigandi commodum, nunquam tamen sinet S. Regia Majestas tormenta et merces ad eos importari, quibus hostis adversus nos uti possit, providebitque in reliquam anni partem, ne ullæ illius generis merces invehantur.

Spes utilitatis belli gerendi non tanti est apud Serenissimum Sveciæ regem, quanti est non dubia spes Livoniæ, et amplissimarum regionum, quæ impurissimo tyranno....,

a foedissima tyrannide liberandi.

Serenissima quoque Majestas hortatur Serenissimum Poloniæ regem, ut in bello feliciter coepto perseverare velit, nec arma prius deponat, quam Deo vindice teterrimus tyrannus tot scelerum, quibus vastissimas regiones polluit, poenas dederit, ne in mediis belli fluctibus præter jus amicitiæ et societatis fraternæ, Sveci et Gothi desertos se, armorumque molem semper in se redundare sentiant, sed ut ea procurentur, quæ sacrosanctæ amicitiæ et affinitatis nomine digna, nec non utriusque Serenissimi regis Majestatis commodo esse possint.

Quod reliquum est, non dubitet Serenissimus rex Poloniæ, S. Regiam Majestatem Sveciæ ad amicitiam et fraternitatem sincere colendam propensissimam, et S. Regiæ Majestati Poloniæ omnia felicia et prospera comprecatur, sibique R. D. legatum habebit commendatum.

Ad mandatum S. Regiæ Majestatis.
Ericus Spare procancellarius.
J. Typotius secretarius.

LXXXIX.

Declaratio Serenissimi regis Sveciæ in negotio belli oretenus facta, ultra responsum in scripto oratori Serenissimi regis Poloniæ.

Serenissimo regi Sveciæ castra conjungere non placuit propter causas in responso suo expressas. Mittere tamen promisit exercitum validum, majorem octo millibus, quæ ab eo nomine Serenissimi regis Poloniæ in auxilium postulata sunt.

Suis igitur castris militem continere statuit, sed ita tamen, ut in rebus dubiis, ubi id necessitas, tempus, res ipsa postulaverit, exercitus ipsius Serenitatis exercitui Serenissimi regis Poloniæ se conjungat, et ipsius Majestati auxilio adsit, atque ut (id) faciat, præfecto exercitus sui mandavit Serenissimus rex Sveciæ. Hoc idem ipsius Serenitas a Serenissimo Poloniæ rege expetit, ut si et quando opus fuerit, Majestas ipsius Sveciæ auxilium præstet.

Eam ob rem exercitum suum non jam in Finlandiam, uti Serenissimus rex Sveciæ constituerat, sed in Livoniam mittit, ut non longe possit esse ab exercitu Serenissimi regis Poloniæ, ut etiam quotidiani et celeres ab utroque exercitu mittantur nuntii, et consilia belli, atque hostis aggrediendi sibi communicent.

Ultra id tamen licere sibi vult in hostilem terram, ubi præfectus [exercitus] existimaverit, progrediendi, ex ea prædam agendi, suam rem agendi ~~et~~ et augendi.

Laurentius Goslicki, Serenissimi regis Poloniæ ad Serenissimum regem Sveciæ orator.

XC.

Daniæ rex ad Sacram Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Fridericus secundus Dei gratia Daniæ, Norvegiæ, Vandalorum, Gothorumque Rex, Serenissimo principi, Domino Stephano, Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, etc. amico et vicino nostro charissimo, salutem et continuum felicitatis incrementum.

Serenissime princeps, amice et vicine charissime. Redditæ sunt Nobis Serenitatis Vestræ amanter scriptæ literæ, quibus propositum consilium, et rationes suas de bello in Moschum suscipiendo amanter Nobis exponit, deinde etiam a Nobis nonnulla petit, ut in iis indulgendis Serenitati Vestræ contra eumdem hostem suum Moschum gratificaremur. Quum vero Nobis visum sit, ut de istis rebus seriis, tantique momenti cum Serenitate Vestra potius per legationem, quam literas ageremus: deputavimus ad id Generosum aulæ nostræ marschalcum, Nobis inprimis dilectum, Georgium Farensbach, ac dedimus ei in mandatis, ut ad singula ista postulata explicaret Serenitati Vestræ animi nostri sententiam. A Vestra igitur Serenitate petimus amanter, ut non tantum ipsa illum audiat, sed etiam omnibus, quæ ex mandato nostro referet, plenam ac integram habeat fidem, seque tandem ad ea ita declaret, sicuti ipsa ratio negotiorum flagitat, nostræque de Serenitate Vestra expectationi maxime erit consentaneum, et ad augendam mutuam nostram benevolentiam confert plurimum. Quæ nostrarum partium vicissim futura sunt, in iis Serenitati Vestræ eumdem animi candorem et constantiam facile probabimus. Postremo volumus quoque Serenitatem Vestram summopere rogatam, ut, quamprimum fieri poterit, præfatum aulæ nostræ marschalcum, expedito responso, a se dimittat: nam in aliis negotiis, quæ ei ratione officii sui incumbunt, diu ejus opera carere non possumus. Hisce Serenitatem Vestram diu salvam et incolumem esse ex animo optamus. Datum e regia nostra Fridrichsburgensi, die 15 mensis junii, anno Domini 1579.

XCI.

Friderici secundi Dei gratia Danorum, etc. regis, ducis in Slesvic et Holsatiæ, instructio et mandata, quæ Serenissimo principi Stephano, Poloniæ regi, etc. egregius, fidelis, dilectus, Georgius Farensbach, curiæ nostræ marschalcus, debet exponere, data in arce nostra Fridrichsburg, die 16 junii, anno 1579.

Postquam ad aulam Serenissimi regis Poloniæ pervenerit, statim de adventu suo, de literis credentialibus, atque de instructione sua significabit, curabitque ut audientiam privatam et secretam, ad exponenda legationis suæ mandata obtineat. Ubi audientiam nactus fuerit, amicitiam nostram et gratificandi studium Serenissimo Poloniæ regi deferet, bonamque valetudinem, felix imperium, ac prospera quæque nostro nomine precabitur, significabit se mandata quædam oretenus Serenitati suæ exponenda habere, in cujus rei gratiam literas credentiales sibi esse [datas]. Exhibitis his literis, notum faciet, redditas Nobis esse literas latine 7 maii scriptas, quibus Serenissimus rex Poloniæ causas et rationes suscepti adversus Moschum belli Nobiscum communicavit, quæ rationes sicut (a) Nobis improbari minime poterant, ita etiam significationem gratam Nobis, et omni vicinitatis, benevolentiæque officiis compensandam accidisse indicabit, optareque Nos ex animo dicet, ut suscepta consilia felicem ac optatum sequantur exitum. Quoniam vero Serenissimus rex Poloniæ amice Nobiscum per easdem

literas egit, ut Serenitati suæ quibusdam in rebus contra Moschum gratificaremur, idcirco quum res ejusmodi non satis tuto literis committi possint, necessarium putavimus, ut per oratorem nostrum, ac potissimum per hunc curiæ nostræ marschalcum de iis cum Serenitate sua conferr

Orator ~~noster~~ autem hic noster primum indicabit, superioribus temporibus, majorum nostrorum exemplo, pacta et conventa quædam Nobis cum Moscho intercessisse, non quidem ad cujusquam detrimentum aut perniciem, sed ad regni nostri et ditionum nostrarum defensionem et securitatem. Quæ quidem pacta Nos ex parte nostra sancte et religiose observavimus, sed a Moscho vel eo ipso violata sunt, quod rebus atque ditionibus nostris securis, nec adversi quidquam sibi ab ipso metuentibus, ipse contra omne fas arces nostras in Vickensi districtu, Absel Lode ac Leal vi invaserit ac occupaverit, insulamque nostram Osiliam igni ac ferro vastaverit. His tamen non obstantibus, quum se erga Nos declaravit, ut antiqua pacta et foedera Nobiscum se velle renovare ac confirmare Nobis significaverit, nostrosque deinde oratores ad ipsum ea de re cum limitata et præscripta facultate missos adegit, ut ipsi ea promiserint ad quæ facultas ipsis concessa extendi non poterat. Ac quamvis oratores ipsius, qui etiam num apud Nos vehementer confirmationem eorum pactorum urgerent; Nos tamen ob prædictas causas de ea re nihil quicquam temere, aut sine matura deliberatione facile statuere, aut ratum habere voluimus: quin potius ad Serenissimi regis Poloniæ notitiam devolvendum putavimus, ut Serenitas sua intelligeret, penes Nos et in nostro jam arbitrio esse aliquas cum Serenitate sua contra Moschum rationes et consilia instituere: idcirco ad Serenitatis suæ petitiones in hunc qui sequitur modum Nos resolvimus.

Principio quod ad impediendam ac intercludendam navigationem Narvicam attinet, id ab ipso initio tale fuit, ut a felicis recordationis Serenissimo olim Sigismundo Augusto, rege Poloniæ, modis omnibus ac conatibus, dum adhuc mutua inter nos pacta vigerent, expetitum atque exoptatum fuisset. Nos tamen justas jam tum et legitimas in contrarium causas afferebamus, ex quibus illa fuit non postrema, quod peculiari quodam modo in pactis illis, quæ cum Serenissimo olim Sigismundo Augusto rege feceramus, id a Nobis exceptum fuerit: omnino autem præter omnes alias rationes, quas sane maximi momenti habemus, quum ea navigatio Narvica in nostra libera voluntate et potestate sita sit, non videmur esse astricti, ut in gratiam Polonorum, aut cujusquam alterius, eam velut ex debito concedamus. Debet ergo Serenissimus rex Poloniæ id secum diligenter expendere, quod hac navigationis Narvicæ impeditione non solum multis commodis, quæ ex Moschi amicitia Nobis provenire possunt, Nos ipsos privabimus, ipsiusque Moschi animum a Nobis alienum, ac plane hostilem reddemus, sed etiam quod nationes vicinas, quæ præsertim ex ea navigatione emolumentum aliquod habent, contra Nos concitabimus, et portorium ipsum, redditusque nostros hac ratione non mediocriter minuemus, subditisque nostris fortunarum augendarum opportunitatem adimemus. Nos cætera detrimenta, quæ Nos ex hac re necessario consequentur, interim [non] commemoramus. Ac propterea quidem plane, præcise, et sine nostri emolumenti aut commodi aliqua spe, id Serenitati suæ concedere non possumus: ut tamen ipsi quam maxime in eo gratificemur, parati sumus id præstare his conditionibus, quas a Serenitate sua approbari, ratas haberi, ac testimonio literarum suarum confirmari possimus,

Conditionum vero haec prima est, ut Serenitas ipsius infra certum temporis spatium, suis propriis copiis, viribus atque exercitu, prædictas tres arces nostras, Nobis per Moschum in districtu Vicensi ablatas, recuperet, una cum prædiis, Ander, Kokenhau, Korben, atque omnia bona in districtu Hariensi, et utramque curiam, novam et veterem, Holts dictas, quæ regno Daniæ ab antiquo subditæ fuerint. Ad hæc omnia bona, quæ ad ecclesiam cathedralem Revaliensem, et ad monasterium Paradiis spectant, cum omnibus pertinentiis, et reliquis etiam, quæ ante bellum Svedicum possidebamus, nunc autem Moscho subjacent, idque propriis Serenitatis suæ sumptibus, absque ulla nostra recompensatione Nobis tradi atque restitui debent.

Quum ex pactis illis, quæ cum Serenissimo olim Sigismundo Augusto contra Sveciæ regem instituebamus, arx et civitas Pernaviensis cum omnibus suis pertinentiis Nobis dari deberet, quemadmodum ex iis monumentis, quæ apud Nos integra habemus, constat, nec tamen post multas et frequentes nostras postulationes illam consecuti simus, donec tandem proxime superioribus annis ab ipso Moscho, expulsis inde præsidiis Polonicis, in potestatem ipsius redacta sit: idcirco faciet Serenitas sua, ut eam arcem quamprimum ab hoste propriis sumptibus suis vindicet, ac postquam Domino juvante arcem illam et civitatem recuperaverit, eam Nobis tradat et restituat. Atque his arcibus recuperatis, ordinabit sua Serenitas, ut eædem arces cum Osilia, insula nostra, et reliquæ etiam ditiones nostræ, sint ab omni devexatione et direptione regis Sveciæ tutæ ac liberæ. Quum autem ab hac Pernavia Nos ipsi remotius agamus, faciet Serenitas sua, ut quotiescumque in has arces nostras impressionem aliquam Moschus facere voluerit, cum suis copiis atque exercitu, tanquam vicinior, [eum] cohibeat ac comprimat.

Præterea non modo Nos, aut successores nostri, in possessione istarum arcium, atque eorum bonorum, quæ in pactis regum Daniæ cum Magno duce Moscho continentur, vel a Poloniæ regno, vel a Magno ducatu Lithuaniæ, impediri non debebimus, sed neque in ullo jure, aut interesse, quod ex inscriptionibus et pactis quibusdam cum Sigismundo Augusto Nobis ad quædam provinciæ ejus loca competit, interturbabimur.

Nullam pacem et inducias Serenitas sua cum Moscho suscipiet, nisi prius loca nostra, quæ nunc ipse possidet, aut armis ipsi erepta, aut ultro Nobis restituta fuerint, et nisi Nos cum regnis, provinciis ac dominiis nostris in ejusmodi pactorum, aut induciarum institutione comprehendamur, nisique præterea captivos nostros, quos retinet, Nobis sine ullo pretio restituerit. Quod si vero Moschus ex parte nostra, et ratione bonorum nostrorum, foedus ejusmodi, aut inducias servare noluerit, violentiasque, aut incursiones aliquas ibi facere tentaverit, eum Serenitas ipsius suis propriis sumptibus et viribus repellet ac prohibebit.

Exponet etiam idem orator noster Serenitati suæ, ejusmodi pacta et foedera Nobiscum jam antea a Serenissimo olim Sigismundo Augusto tunc, quum a Sveciæ rege indignius tractaretur, expetita fuisse, et a Nobis strenue adeo servata, ut toto septennio cum hoste ipsius Sveco terra marique totis regni nostri viribus egerimus. Neque tamen officiorum nostrorum promptitudinem a rege illo parem gratiam fuisse relatam, neque contra communem hostem ita actum esse, prout foederis conditiones requirebant, licet a Nobis

tum literis, tum legationibus urgeretur ac sollicitaretur: quin etiam quum aliquando Polonorum exercitus progrederetur, in devehendis tot millibus hominum multo plura damna ditionibus nostris illata ab ipsis fuerunt, quam si hostis ipse isthac transiisset. Quo nomine frequenter quidem et per legatos, et per literas nostras fuimus conquesti; sed tamen et pericula omnia in Nos conjecta sunt, et omnes molestias atque difficultates necessario pertulimus, Polonicæ vero res hoc nostro incommodo tectæ ab insultibus ejus hostis fuerunt. Quæ si denuo Nobis evenire deberent, quod tamen de moderno rege non speramus, facile vel ipsius Serenitas colligere potest, quam caute ac deliberate ad eam conjunctionem, ac consensionem mutuam et pacta Nobis descendendum sit. Quæ omnia non alio, quam amico animo hic vel nostra causa commemorata esse voluimus, ut Serenitas sua intelligeret, grave illud Nobis fœdus et conjunctionem ac consensionem [fuisse]: vel [has conditiones] si Serenitas sua approbaverit, et sigillo ac monimentis quum regni Poloniæ, tum Magni ducatus Lithuaniæ confirmaverit, Nos etiam ulterioribus tractatibus cum Serenitate sua libenter transigemus, pro viribus nostris curabimus, ut Narvicam hanc navigationem impediamus. Poterit etiam Serenitas sua per nostras ditiones terra marique militem, tum alia quævis ad rem bellicam spectantia, sibi procurare: qua in re Nos Serenitati suæ omnem favorem ac promptitudinem deferimus, cupimusque, ut Serenitas sua id certo sibi polliceatur de Nobis.

Hoc loco etiam commemorare est necesse, quod quum imminente jam autumno omnes fere naves, confectis suis negotiis, domum se receperint, ejusmodi conventionem nostram sequenti anno ad executionem deduci debere, quod Serenitas ipsius facile pro sua prudentia intelliget.

Quod episcopatum Curlandiæ attinet, etsi is ad ducem Magnum, fratrem nostrum, pertineat. Nosque certis ~~de~~ ex causis hujus rei immisceri nolimus, quum tamen aliquod etiam jus et interesse ad eum episcopatum habeamus, nolumus vel ejus episcopatus causa, illa bona aliquibus onerari gravaminibus. Quæ etiam Serenitati suæ insinuabuntur, quum ille episcopatus contiguus sit ditionibus ipsius, et sua Serenitas commendatum eum sibi habeat, nec ullis injuriis, aut gravaminibus eum affici sinat, quod Nos omni gratificandi studio et promptitudine sumus compensaturi.

Et hæc sunt, quæ prænominatus noster nuntius in hac legatione nomine nostro tractare debebit, ac dabit operam, ut ne ulla in re ab his recedat. Quod si vero aliqua sibi tractanda occurrerint, quæ hic expressa non sunt, ea ad Nos rejiciet, nec ipse quicquam de iis statuet, aut tractatus ullos inibit. In omnibus autem fidelem se Nobis ac diligentem exhibebit, prout ipsius juramentum, quo Nobis obstrictus est, exigit. Nos vero clementer Nobis de ipso pollicemur, ipsiusque hanc operam clementia nostra prosequi volumus.

XCII.

Literæ a Statibus Prussiæ ad Serenissimum Regem transmissæ.

Teka Naruszewicza 93. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 34.
81 20

Serenissime potentissimeque Rex et Domine, Domine clementissime. Serenissimæ Majestati Vestræ Regiæ paratissima fidei et subjectionis nostræ studia humillime deferimus.

Serenissime ac clementissime Domine. Quemadmodum nobis ab initio regiminis Majestatis Vestræ Regiæ nihil magis curæ fuit, quam ut fidelis subjectionis nostræ studium Majestati Vestræ ita probaremus, ut facile cognosceret, nihil nos magis, quam gratiam et clementiam Majestatis Vestræ Regiæ expetere, ita nunc quoque ubi de communis Reipublicæ necessitatibus et bello adversus perpetuum regni hostem Moschum suscepto significatum fuisset, nihil nobis fuit potius aut antiquius, quam ut communis Reipublicæ necessitatibus etiam supra id, quod facultatum nostrarum rationes ferrent, subveniremus, promissis in eam rem centum florenorum millibus, atque ubi circa hoc tempus quinquaginta millia colligenda essent, omnem dedimus operam, ut promissi fidem explere et præstare possemus. Sed ea est miserorum incolarum inopia, ita attritæ ipsorum facultates, ut integram illam summam, quantumvis nihil studii ac diligentiæ ad rem illam perficiendam a nobis prætermissum sit, hoc tamen tempore nulla ratione colligere potuerimus, sed id quod nuper Graudenti et hic nunc collectum est, cum eo quod a Reverendo Varmiensis episcopatus administratore ad mandatum Majestatis Vestræ Mariæburgum mittitur, Sacræ Majestati Vestræ Regiæ humillimo inserviendi studio per præsentes, Magnifici Domini thesaurarii scribas seu mandatarios, nobiles Bukowiński et Raczkowski, transmittimus, quibus commissarii nostri eam summam tradent, et quanto ea fuerit, Sacræ Majestati Vestræ Regiæ per literas suas humillime significabunt, residuum ad Divi Jacobi festum, Deo bene juvante, certo collecturi et in thesaurum Majestatis Vestræ Mariæburgum illaturi. Atque quum illud temporis spatium perbreve sit, quantis possumus maximis precibus rogamus et obsecramus, ne Sacra Majestas Vestra Regia hoc indignius ferat, sed miserorum subditorum inopiæ et calamitati, pro clementia sua regia benignissime subveniat. Dabimus omnem operam, ut quod nunc prætermissum videri possit, ad Divi Michaelis festum, in conferendo eo quod reliquum est, omni studio, fide et diligentia sarciatur. Quum vero major pars tam ex consiliariis, quam reliqua nobilitate et minoribus civitatibus, partim ob adversam valetudinem, partim ob graviores occupationes hic nobiscum non convenerit, de residuo ad Divi Michaelis festum colligendo

certi nihil constitui potuit. Quare ante illud tempus intra unum aut alterum mensem nobis necessario iterum conveniendum erit, ut de summa illa quinquaginta millia florenorum certi aliquid constitui possit. Quod quum communis Reipublicæ necessitas exigat, nihil dubitamus, quin id Majestas Vestra Regia non nisi in optimam partem clementissime acceptura sit.

Quod deinde Sacra Majestas Vestra Regia nobis privilegiorum ac libertatum nostrarum confirmationem per literas suas regias clementissime offerre dignata fuerit, est quod Majestati Vestræ Regiæ permagnas ac immortales agamus gratias et humillime rogemus, ut eam erga nos et omnes incolas voluntatem perpetuo retinere benignissime velit. Quod vero de thelonii aquatici exactione adjectum est, eam publico regni Ordinum scito in comitiis constitutam esse, spem eam conservandorum privilegiorum nostrorum multum nobis minuere videtur. Neque etiam dubitamus, quin Sacra Majestas Vestra pro singulari regia sua prudentia facillime dispiciat, nullum majus privilegiis nostris adferri posse præjudicium, quam si contra ea in comitiis, nobis etiam contradicentibus, quemadmodum in hoc casu per nostros in comitiis tum præsentes, solenni cautione factum est, quidvis statuatur et pronuncietur; necesse enim erit, ut ad eum modum uno eodemque momento omnia nostra privilegia concidant et ad nihilum redigantur. Quum autem ea res nostro insigni cum detrimento conjuncta sit, demississimis precibus majorem in modum rogamus, ut exactorem illum contra aperta et luce meridiana clariora privilegii nostri verba institutum, revocare tandem, et illud onus a cervicibus nostris removere clementissime dignetur. Faciet rem regio suo munere dignissimam et æquitati maxime convenientem, qua sibi omnium incolarum animos longe reddet devinctissimos. Quod superest, Sacræ Majestati Vestræ Regiæ fidei subjectionis nostræ debitum, gratificandi et inserviendi studium, pro summis viribus nostris exoptamus esse semper et ubique perspectissimum. Eandem Majestatem Vestram Deo immortali diutissime superstitem, commoda valetudine perfruentem, omnique regia fortuna florentissimam et de regni sui perpetuis hostibus gloriosissime triumphantem, et nos ejus gratiæ atque clementiæ votis omnibus humillime commendamus. Datum Culmæ, in conventione nostra, die vigesima tertia mensis junii, anno Christi 1579. Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ fideles et paratissimi subditi, Status et Ordines Terrarum Prussiæ.

XCIII.

Dux in Prussia ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine et affinis colendissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ officia nostra omni fide atque observantia deferimus, et eidem præter diuturnam incolumitatem prosperos rerum omnium successus ex animo precamur. Serenissime Rex, Domine clementissime. Quod Sacræ Regiæ Majestati Vestræ pro nostro gratificandi studio fideliter a nobis receptum est, offerimus et præsentamus felici auspicio illud quingentorum sclopetariorum vexillum, quod antehac clementer requirenti Sacræ Regiæ Majestati Vestræ pro voluntario contra communem hostem, Moschorum ducem, subsidio in quinque menses decrevimus. Quos quidem sclopetarios tales, et eo apparatu mittimus, quales in temporis angustia, et militum distractione conquiri potuerunt. Speramus autem tales et ita instructos fore, ut, quod strenuos milites decet, Sacræ Regiæ Majestati Vestræ suam probent fidem, virtutem et constantiam. Deum itaque illum præpotentem devote rogamus, ut hanc cohortem totumque exercitum Regiæ Majestatis Vestræ forti brachio suo protegat atque ducat, et omnes contra hostem ejus conatus atque insultus ad nominis sui divini gloriam, afflictissimæ Livoniæ vindicationem, et totius incluti Poloniæ regni, eique incorporatarum et vicinarum regionum protectionem atque solatium, hostis vero crudelissimi repressionem, ad nominis denique Regiæ Majestatis Vestræ sempiternam memoriam prosperrime evenire sinat. Sacram vero Regiam Majestatem omni observantia rogamus, ut pro sua erga nos propensione hanc qualemcumque auxilii voluntarii subministrationem animo benigno suscipere, et pro hujus temporis difficultate, hoc officii genus non ex munere et magnitudine, sed ex obsequii promptitudine metiri dignetur. Si quid etiam moræ longioris interpositum est, Sacra Regia Majestas Vestra temporis angustiæ, et locorum, in quibus hic miles collectus, intercapedini, id ipsum clementer assignabit. Quia vero ad hunc sclopetariorum numerum in officio et ordine meliori continendum, nobilem, fidelem, nobis dilectum Joannem a K.... late experientia provectum, et linguæ ac locorum non ignarum, et ob id (quod speramus) Sacræ Regiæ Majestati Vestræ non ingratum futurum, hujus cohortis capitaneo, tanquam superiorem et commissarium nostrum, adjunximus, eundem Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ (cui non inutilem eum futurum putamus) protectioni observanter commendamus, quemadmodum plane confidimus Sacram Regiam Majestatem Vestram pro innata virtute, atque erga homines militares propensione sua, tam hunc ipsum commissarium nostrum, quam ceteros officiarios, et totam cohortem militum, uti gratam, ita commendatam habituram, atque ut sub defensione et brachio Regiæ Majestatis Vestræ libere suo officio fungi (quod aliis conceditur), rebus necessariis potiri possint, clementer effecturam esse. Atque his Sacram Regiam Majestatem Vestram, affinem et Dominum nostrum clementissimum, diutissime valere, feliciter regnare, et de hostibus magnifice triumphare optamus. Regiomonti, die 23 junii, anno Domini 1579.

List SBat. do Kard. ~~Al.~~ Daichami Jana Morona

z Wilna 28 Czerwca 1579 Ex cod. Vat. int. Vatic. 6406 p. 151

Teka N 87 21 Kopie Albert

Polica Piotr. Wolskiego pisała XCVI

XCIV.

Articuli omnibus in universum militibus, quicumque in exercitu S. R. Majestatis fuerint, proponendi tam ipsis comitivarum præfectis sive rotmagistris, quam eorum commilitonibus, ceterisque omnibus ad serviendum R. Majestati ac Reipublicæ venientibus.

Teka Naruszewicza 87 93. 22

Primum autem ac præcipuum erit, ut timor Domini apud nos consequatur, quem si præ oculis semper habuerimus, corde et operibus nostris id attestantes, sine ullo dubio idem Omnipotens Deus nobis semper aderit in expeditione ista, unde optime ac prosperrime in omnibus agetur nobiscum.

Quamvis autem quicumque militaris sunt professionis, maxime vero ex his, qui comitivarum sunt præfecti, ac etiam commilitonibus, et aliis item, qui institutis sese dant militaribus, sciant sine dubio et calleant, qua ratione gerere sese debeant, tam in eundo, tam in castris stativisque, quam in ipsis militaribus ad quamvis necessitatem actionibus; tamen quum sint complures, qui nulla unquam fecere stipendia, quum ex commilitonibus, tum vero potissimum eorum famulis, necessaria idcirco illis admonitio esse videtur, ut Domini comitivarum præfecti, sive rotmagistri, aut milites omnes, qui castris continentur, tam equites, quam pedites commilitones et famulos suos exercitiis militaribus assuefaciant in tempore, non vero tum denique, quum in aciem sit prodeundum, ac in ordine consistendum, ut videlicet sciant servare ordines, armis et jaculationibus tormentariis in conflictu uti, promovere se ad motum ordinum et circumagere ac convertere uno in loco. Tum præterea quum acies ordinatæ fuerint, ut pari passu incedant, neque una alteram prætereat, sed suum quilibet locum, qui illi fuerit assignatus, teneat, tam in consistendo, quam in ingressu.

Quum vero castra locata fuerint, nemo alterius locum currui adjacentem occupet, vel tentorium suum, vel equos constituendo, quisque enim ea area, quæ currui suo adjacebit, contentus esse debet.

Movendorum castrorum et ingrediendi ratio non alia esse debet, quam sicuti ordinabitur, atque propterea expectabit quisque in sua acie et ordine expeditus, donec qui præcedere debent, prætergressi fuerint, ne acies confundantur, sed suo ordine procedant. Cujus rei causa ipsi comitivarum præfecti per se suis adesse comitivis tenebuntur, ita ut quælibet comitiva integre instructa ad procedendum suo loco sistatur.

Nemo autem ex castris se movebit, priusquam tuba apud ducem exercitus signum datum fuerit, in quo ejusmodi observabitur ratio, ut ad primum tubæ cantum equi parentur, ad secundum vero sternantur, et curribus jungantur,

ad tertium deinde consequantur, ac omnes milites expediti paratique ad proficiscendum suo quisque loco adsit, jussu deinde ducis exercitus ad iter processuri, similiter vero de curribus est intelligendum. Eadem vero etiam ratione, quum de hoste tuba significatum fuerit, sive in castris fuerint milites, sive in itinere, quilibet eorum in sua acie et suo loco stare debet, ducisque exercitus imperium expectabit.

Si quisquam vero addictus militiæ in exercitu tumultus ac seditiones faceret, pœna capitis punietur, et ut tumultus facilius compescantur, si quis ad ducem exercitus vel eos, qui negotiis præpositi fuerint, accersatur, nullo septus comitatu veniet, sed tantummodo duobus aut tribus amicis sibi adjunctis, idem etiam observabitur in negotiis aliis et inter se mutuo.

Qui suum præfectum, sive rotmagistrum, aut ejus vicarium manu aggressus fuerit, vel etiam famulus dominum, capitis pœna plectetur.

Qui præfectis in exercitu constitutis, aut ducis exercitus ministris excessus alicujus causa eum ad se ire jubentibus, non paruerit, aut si miles noctu custodibus et excubitoribus temere sese defenderit, pœna capitis plectetur.

Congredi cum hoste nemo debet injussu ducis exercitus, qui vero jussus congredi cum hoste recusaret, honoris atque famæ privatione punietur.

Quoniam vero abusu quodam ac inveterata prava militiæ consuetudine plerumque pro virtute usurpari soleat juvenilis quædam, ac domesticis litibus consimilis ferocia, ut neque pro loco, neque pro tempore, et quod majus est, ducis injussu juventus nostra procedat (quamvis id ab animo egregio et alacri proficisci existimamus), et ex acie velitationes incipiat non pro ratione temporum ac locorum et cum detrimento, quandoque quod apud veteres justis animadversionibus prohibitum semper fuit: quare qui id fuerit ausus, etiamsi felicissime ac viriliter sese gesserit, pœnam tamen eandem subibit.

Accidere interdum etiam solet, præcipue apud imperitos, neque in militia exercitatos, ut in prælio sive excursionibus ac velitationibus acies seu turmæ moveant sese locis suis, unde magna consiliorum ducis exercitus perturbatio consequi possit. Quare uti gravissima in eum est pœna constituta, qui jussus cum hoste congressum recusaverit, ita nemo loco suo, qui illi assignatus fuerit, se movere audeat, donec mandatum illi fuerit a duce ipso, vel ejus nomine a quopiam.

In prælio prædæ causa qui consistat, honoris privatione et pœna capitis plectetur.

Locum suum qui in acie non servaverit ita, quemadmodum collocatus fuerit in ordinando, et similiter ad vallum seu fossas in oppugnationibus, honoris privatione punietur.

Ad custodias excubiasve qui ire recusaverit, vel jussus non fuerit profectus, decedatve sua sponte injussus, capite puniri debet. Similiter vero, si quis peditum cui custodia et excubiæ fuerint demandatæ, non paruerit, vel priusquam jussus fuerit, iierit, plectetur.

Cum hoste si quis collocutus fuerit, nisi jussus a duce, capitis pœna punietur.

Currum si quis ex ordine extraxerit, qui collocatus fuerit in ordine castrorum, capite plectetur; non enim minoris est id facere, quam si quis in arcis, vel civitatis alicujus munitione, sive lateritia, sive lignea, foramen efficiat. Quare currus expeditionis, quorum in pabulationibus petendis, ac conquirendo commeatu usus est, itidem rhedæ ac plaustra, quæ in vulgari kolasy vocantur, in ordinem poni non debent. Et similiter si quis in castrorum portas impetum faceret, non aliter existimandum erit, quam si quis portam arcis aut civitatis alicujus clausam oppugnet, eademque ratione puniendus erit.

Quoniam vero aliter in castrorum ordine fieri non possit, quam ut qui semel locus curribus alicujus assignatus fuerit, id semper retineatur: quare nemo id audebit immutare, vel suos currus in alium locum transferre, sed quemadmodum constituti semel fuerint, ita eo incedant ordine, secundum mandatum eorum, qui metandorum castrorum erunt præfecti. Quibus ne quis omnino aliquid molesti vel dicat eo nomine, vel faciat sub animadversione gravissima; difficulter enim omnibus satis fieri possit, sed ita tenendum erit, uti acciderit.

Currus incedentes ne quis omnino dirimat sub gravissima animadversione.

Qui circum exercitum in itineribus impedimentum inferat, commeatum in castra importantibus, sequentibusque castra, capite punietur.

Qui jurgia atque litem cum aliquo moverit, in arbitrio et in gratia erit ducis exercitus ejus punitio, quod si vulneraverit, capite plectetur, sin vero adduxerit gladium, non vulneraverit autem quemquam, manum amittet.

Templum si quis spoliaverit, capitis pœna plectetur, etiamsi id in terra hostili fecerit.

Virginem vel mulierem qui violaverit, capite plectetur, atque propterea in hostili etiam terra sexus muliebris honeste ab omnibus habeatur, quum et gentiles illi veteres, etsi nullam Dei omnipotentis notitiam habuerint, honestatem tamen cumprimis et pudicitiam in exercitibus sexui muliebri conservabant.

In hostico virgines, mulieres, pueri, senes, et decrepiti atque spirituales viri, ne a quoquam interficiantur.

De captivis quisque ad ducem exercitus, vel ex ejus familiaribus seniorem qualibet die referet, quum primum aliquem consecutus quispiam fuerit; multum enim interest, ut sciri a duce exercitus possit, cujusmodi homines habeantur in captivitate, principaliores vero, et in quibus situm esse aliquid videri possit, statim ad ducem exercitus deduci debent. Similiter si ex aliqua turma vel comitatu captus fuerit (quod Deus avertat) quispiam, maxime vero præstantior aliquis, vel quivis etiam alius, de eo quoque duci exercitus significari debebit.

Quum castra metata et ordinata fuerint, nemo extra castra stationem habeat,

sub gravissima animadversione.

Alienigenam ac ignotum hominem propter excitandos exploratores, ne quis apud se diversari patiatur, neque in comitivam aut servitorem suscipiat, nisi prius duci exercitus id denuntiaverit: qui secus fecerit, gravissime in eum animadvertetur.

Qui arma atque tela per lusum amiserit, gravissime punietur.

Equos, quibus milites stipendia merent, ne eorum quisquam jungat currui, neve alteri eos commodet, neque in mittendo aliquorum negotiorum suorum causa illis utatur, sub gravissima animadversione, nisi forte venia a duce exercitus impetrata.

Si facultas exeundi pabulatum, sive ad commeatum petendum, ob alicujus periculi metum interdicta fuerit, ne quis omnino contrarium facere ausit, sub gravissima animadversione, nisi ab exercitus duce id competenti adhibita custodia fuerit permissum. Qui vero custodiam seu præsidium pabulatoribus adhibitum præterire, ac ulterius pabulandi, et commeatus petendi causa procedere ausus fuerit, quidquid a præfecto præsidii sibi illatum fuerit, id æquo feret animo. Et si accusatus aliquis apud ducem fuerit, hoc nomine severe punietur.

Custodias, quæ in fronte et a tergo, ac etiam lateribus exercitus collocantur, ne quis prætergrediatur in eundo sub pœna simili.

Rem inventam ne quis diutius une nocte retineat, verum ad exercitus ducem referat, quo facilius suum quisque reperire possit: qui secus fecerit, pœna fusti punietur.

Signum tesseræ quisque in exercitu nosse semper debebit: qui vero interrogatus non nominaverit tesseram, ad ducem exercitus deducetur, atque isthic ex eo quæretur, quis sit, et cur de tessera ignoret. Quare ubi signum tuba ad petendam tesseram datum fuerit, quilibet tubicinem accedet, et ex eo de tessera cognoscet. Post tesseræ vero signum tubæ cantu propositum, ne quis vociferationes exerceat, a displodendis bombardis, a clamorosis comessationibus omnes abstineant, sub gravissima animadversione.

Ignes post signum tesseræ datum, ubique extinguantur: apud quem vero repertus fuerit non extinctus, in eum gravissime animadvertetur.

In eundo ne milites lepores persequantur, neque ulla ex causa clamores tollant, aut ex acie excedant, sub gravissima animadversione.

Quamdiu bellum duraverit, nemo discedendi petet veniam (1).

Equi dum in gramina pabuli causa mittuntur, tunc quum exercitus ducitur, ne primarii equi mittantur: quod si aliter fieri nequit, ac in conquirendo grano sit difficultas, tum vero nihilominus secto falce gramine pabulentur. Aliis vero qui mittentur ad pabula, compedes imponantur, ut facile in descendendo capi possint. Ex qualibet vero turma duo commilitones per singulas noctes equos in

XCIV. gramine pabulantes circumeant, provideantque, ut omnia in pabulationibus

(1) W ciągnieniu pod Psków odmieniono tym sposobem ten artykuł: „Póki na tej wojnie osobą naszą będziemy, żaden od nas z wojska odjeżdżać nie ma." Jakoż kiedy król z pod Pskowa odjechał, wielu się do domów rozjechało, a nasamprzód Litwa.

ordinate fiant, neque greges gregibus commisceantur.

In hostili solo ne quis circa exercitum incendia et exustiones faciat sub gravissima animadversione, nisi forte a duce exercitus fuerit id mandatum.

Qui ex prælio profugerit, impune poterit interfici a quolibet, quod si effugerit, infamis tamen erit.

Ad captandum auditu hostium adventum, per se quisque ire tenebitur, non autem alium loco sui mittere, nisi forte a duce exercitus id permissum fuerit.

Sub gravissima etiam animadversione ne quis commeatum et victualia, suos quam longissime dimittendo, aliis præocupet et præripiat.

In ingressu exercitus et in castris ac stationibus, ne apud ullum ex præfectis turmarum tympana pulsentur, neque tuba canatur, tantummodo apud ducem exercitus, nisi forte ille permittat.

Ubi apud ducem exercitus unum tympanum pulsatum fuerit, omnes turmarum præfecti ad eum ipsi per se convenient, nisi quis forte decumbat infirmus, idque propterea ut scire possint, quid illis demandetur, atque vicissim commilitones edoceant, maxime vero siquid accidat gravius, omnino sine mora adesse debent.

Ne quis etiam sub justa animadversione stativa in discessu incendat: pedites in stationibus faciendis loco cedere debent equitibus, qui majoribus commoditatibus equorum causa indigent, idque si fuerit necesse.

Præfectus turmæ equitum, et similiter quilibet peditum centurio debebit cum integra suorum militum comitiva ordinate suo loco ingredi.

Præfectus item cujuslibet comitivæ debet vere ac pro amore veritatis, etiam non quæsitus, et sine inquisitione seu lustratione profiteri, si quid ad numerum suæ comitivæ desideretur, et quantum desideretur.

Alter alterius commilitonem suæ comitivæ non adjungat, nec recipiat sine scitu ducis exercitus; inde enim dissensiones et odia provenire solent.

Consuevere homines abusu quodam injurias et offensiones suas etiam in aula principis inordinate admodum unus ab alio repetere et persequi, provocationesque ad certamen, neque pro loco, neque pro tempore facere. Hæc ut ne in exercitu isto fiant, neque alter alterum sive in ingrediendo, sive in stativis provocetur in certamen sub gravissima animadversione injungitur.

Injuriam autem quisque suam ad rotmagistrum, sive præfectum suum deferet: si quid vero majoris momenti eveniat, ad ducem exercitus. Quodsi etiam alius ab alio tantopere se offensum existimaverit, ut eam offensam nonnisi duello vindicandam sibi putaverit, tum vero id non privata libidine illi faciendum erit, sed petenda a Regia Majestate facultas, atque locus, vel a duce exercitus uti in exercitu.

Canes nemo secum sub curru aligatos ducat, idque silentii in exercitu conservandi causa.

Ne quis sub gravissima animadversione audeat floccipendere, vel contumeliose appellare magistratum, qui profos vocatur, ejusque servitores, quum is magistratus ordinatus sit a Regia Majestate, ac suam, ac ceteri etiam vocationem habeat, geratque functionem in exercitu cumprimis necessariam, utpote cui multarum rerum, ac ordinis et disciplinæ cura sit demandata. Qui vero in servitorem ejus magistratus impetum fecerit, manum amittet. Quare omnibus, qui sub eo fuerint, ejus servitoribus nemo ullam exhibebit molestiam.

Cauponatores ne stipendia in exercitu faciant, sed contenti sint quæstu suo.

Ne potus resque alias ad victum pertinentes aliter divendant, quam sicuti constituetur, neque mensuras itidem constitutas immutent sub gravissima animadversione. Cujus rei curam magistratus, qui profos vocatur, fidelem ac diligentem habebit, ei vero magistratui constitutus a duce exercitus senior sive præfectus superintendet.

Emere causa revendendi ne cuilibet circum exercitum intra quatuor milliaria liberum sit; idque propterea quod facile erit ex propinquo ad exercitum deducere victualia his, qui aliquid ad vendendum habuerint, faciliusque omnia venduntur ab his, qui sua vendunt, quam qui empta apud alios quæstus causa revendunt. Quodsi quis aliter quam constitutum est facere ausus fuerit, et res omnes, quas adduxerit, perdet, et ipse punietur. Si vero convictus fuerit quod in ipso itinere, qua ducuntur ad exercitum victualia aliquis revendendi causa emptiones faciat, ille ad ducem exercitus adduci debebit, pœnaque gravissima punietur.

Ne quis mutui dati nomine arma, tela, aut apparatum aliquem, vestemque militarem pro pignore capiat: similiter vero res furto ablatas recipi in pignus non debent, sub pœna furcæ. Eadem vero ratione, qui lusu amiserit ejusmodi res, puta, arma, gladium, bombardam, vestemve militarem, et qui lucratus fuerit, et qui amiserit, simili pœna punietur, ac si furtum commiserint.

Post datum tesseræ signum nullæ propinationes exerceri debent, neque murmura atque vociferationes in cauponis fieri, neminem etiam ex castris in cauponis pernoctabunt aut recipient, ignesque aquis perfusis extinguent, neque aliter quisquam sub animadversione gravissima faciet. Si quis vero vi potum sibi tempore prohibito dari jubeat, vel aliquas violentias inter cauponas exerceat, similiter capite plectetur, ac si illud in castris fecerit.

Servitorem alienum, qui ab exercitu fugiat, non educent, neque ullum adjumentum ad fugam præbebunt sub pœna capitis.

In castris autem non habebunt stativa, sed extra castra, ubi locus illis fuerit demonstratus.

Ubicumque exercitus fuerit collocatus, furcam parare tenebuntur, vel qui faciant conducent.

Statuam ad ducis exercitus tentorium illi etiam collocabunt, ubi res perditæ suspendi, et collocari debent.

Mulieres deditæ luxui, ne exercitum sequantur, neque aliquis eas conservet, propter vitandos tumultus et contentiones, atque nullus adeo, justis ac legitimis uxoribus exceptis, mulieres secum habere, vel apud exercitum, ac in cauponis eas conservare audeat, sub gravissima animadversione, tam in eum, qui eas conservaverit, quam etiam apud ~~quem~~ quem præventæ fuerint, tales enim severe punientur, ac ab exercitu ignominiose cum prælata face proscribentur. Neque erit excusandi ullus locus, vel mulierem illam dominæ servam, aut cocam, vel pueri gerulam appellandi, nullæ etenim admittentur, exceptis quæ viros habeant legitimos, et de quarum matrimonio certum constet, gerantque præterea sese honeste.

Quamvis autem nemo fere sit, qui nesciat, qua ratione in professione ista militari sibi sit vivendum, non incommodum tamen erit, ut ea etiam de re hoc loco adjungatur admonitio, maxime vero ut caveant a profundendis non necessario suis facultatibus, neque sese nimis potationibus, nimisque lusibus dedant, inde etenim luxus, incontinentia, contentiones atque lites, et id genus alia, quæ a viro militari aliena esse debent, promanant. Et propterea, quod una die potando aut ludendo amittitur, id in victum et sui ipsius, et familiæ atque equorum non exiguo, et quandoque etiam longissimo sufficeret tempori. Qui igitur eam vitæ rationem secutus fuerit, deinceps non erit, quo in servitiis Regiæ Majestatis ac Reipublicæ se sustentet, potissimum vero illa sæpissime accidere solent apud tenuiores, quæ tamen famæ ac existimationi augendæ nec serviunt, nec servire poterunt. Nonnulli vero lusus suos sponsionibus etiam et verbi promissis peragunt, et quum non habeant, unde solvendo sint, tum demum enascuntur accusationes et judicia, quæ certe res nullum adferunt decorem viro militari. Si quis itaque continere non possit ab istius modi rebus, multo præstaret ut is inter sui similes remansisset.

Item ubi cum Lithuanico exercitu fuerimus congressi, vel si etiam contingat sine isto exercitu habere stativa, ne quisquam ausit causam præbere contentionibus et litibus ac concertationibus, quin potius studeant mutua se invicem benevolentia ac amore prosequi, tanquam cum fratribus, atque id non ipsimet modo facient milites, sed famulis etiam, ut faciant injungent, sub unius enim domini imperio unus sumus populus; quare debemus mutua nos invicem charitate et honore prosequi, quum mutuo etiam nobis sit contra communem hostem consistendum. Quemadmodum autem nos gesserimus sese erga illos, idem ab ipsis nobis erit expectandum, ut videlicet consimili etiam illi nos amore et benevolentia complectantur.

Quoniam vero Hungaricæ etiam et Germanicæ nationis Serenissimus rex noster milites sit habiturus, e longinquis ad stipendia sibi facienda petitos regionibus: quare quemadmodum se quisque in honore haberi cupit, ita eundem ceteris exhibeat, maxime vero exteris, qui in loco fratrum habendi sunt, et quibuscum juncto latere in acie sit consistendum, quique ejusdem etiam imperio,

cujus et gens Polonica subsunt, vicissim vero illi erga gentem Polonicam ac Lithuanicam quam decentissime sese gerant, et similem in præstanda obedientia . . . .

In pabulandis equis, ne ullus grex in alterius gregis pabula impellatur. Qui vero contra hoc edictum fecerit, ita punietur, ac si majus aliquod commisisset delictum.

Et ut omnibus cujuscumque vocationis et conditionis hominibus in exercitu, sive etiam apud exercitum diversantibus præsentes articuli et edicta sint cognita, neque aliquem excuset ignorantia, debent Domini comitivarum præfecti, tam equestris militiæ, quam peditum, ceterisque omnes, eos apud suæ comitivæ milites frequenter legere et proponere, ut videlicet tam seniores, quam etiam juniores sciant, quomodo gerere sese debeant in exercitu, quidve eos facere, et quid vitare oporteat (2).

x w wojsku Polskiem porządku i karności, jeżeli damy wiarę xięciu Pruskiemu, Jerzemu Fryderykowi, który zaniósł do króla ciężkie skargi na wojsko Polskie przez Prusy xiążęce do Litwy roku 1581 ciągnące, za to że popełnii tam miało rozliczne łupiestwa, mordy, pożogi i inne bezprawia. Obacz dwa listy jego do króla z dnia 19 czerwca i 18 września 1581 roku.

---

(2) Te artykuły wydane za hetmaństwa Mieleckiego, zostały poczęści odmienione i znacznie skrócone w wyprawie do Pskowa pod Worońcem 10 sierpnia 1581 roku, nie straciwszy nic z swojej surowości. Pomimo jednak całej ich surowości ~~nie było~~ nie było x przez Zamojskiego, naprzód 3 sierpnia 1580 roku w ciągnieniu pod Wielkie Łuki, potem

XCV.

Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus, ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Fmr. 6063, t. 1.

Ex iis, quae ad me proxime Roma allatae sunt, S. Regia Majestas Vestra perspicue intelliget, quam opportuna fuerit, atque adeo necessaria Reverendissimi D. episcopi Plocensis legatio: urgebat enim ibi orator Gallus (nulla tamen in re assentiente illi summo pontifice), ut et ipse ea publice regis sui nomine gerere posset, per quae Uchanscii acta convellerentur. Nam si Rev. D. episcopus Plocensis ea in aula, ut spero, diutius morabitur, Regiae Majestatis Vestrae ~~person~~ legati personam ferens, profecto consilia et cogitationes ejusmodi brevi evanescerent.

De rebus Gallicis quid ad me scribat Reverendissimus D. nuntius apostolicus, qui Lutetiae Parisiorum legationis suae apostolicae apud Serenissimum Gallorum regem munus obit, ex his, quas in fasciculum conjeci, illius literis apparebit. Ex ducis Alensonii potentia et viribus conjiciunt, multum vel Portugaliae, vel Italiae, vel utriusque provinciae res perturbari posse.

Statim atque Magnificus D. cancellarius de iis me admonuit, quae S. Regia Majestas Vestra cupiebat per me S. D. N. innotescere, diligentissime, quoad ejus fieri potuit, perscripsi, eodemque fere argumento.

~~Quum~~ Cum Reverendissimo D. nuntio apostolico, qui in aula caesarea moratur, sedulo per literas egi, quamvis pro meo in S. Regiam Majestatem Vestram studio atque observantia multo antea in eodem officio cum utroque versatus fueram. Praepositus Vratislaviensis, amicus meus, per literas 15 junii Vratislaviae datas illud mihi significat: Rev. D. abbatis, Cyri, oratoris a Caesare ad S. Regiam Majestatem Vestram destinati, adventum apud illos esse in expectatione. Ego tamen nihil certi praeterea de eodem abbate audivi: in eandem tamen sententiam scribit ad me Reverendissimus D. nuntius apostolicus, per literas 30 maii Pragae datas, isque atque legationem universam mihi enixe commendat, spemque facit, si ex animo et sincere agatur, posse omnia ex utriusque Majestatis sententia confici. Opto expeditionis hujus exitum quam fortunatissimum esse, omniaque alia prospera et felicia S. Regiae Majestati Vestrae evenire, eaque de causa, sine intermissione oratio fit hic ab Ecclesia. Datum ~~Vilnae~~ Varsaviae, die 29 junii, anno Domini 1579.

XCVI.

Rex Poloniae Stephanus ad cardinalem Sirletum

Teka Naruszewicza 93. Ex cod. mss. Vatic. 6180 (1).

(1) List ten z Wilna pisany 29 czerwca 1579, i polecający kardynałowi Sirleti biskupa Płockiego, Piotra Dunina Wolskiego, jadącego w poselstwie do papieża, jest w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. 1, p. 307.

XCVII.

Joannes Fridericus, Pomeraniæ dux, ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime ac potentissime Rex, Domine affinis et vicine charissime. Regiæ Majestati Vestræ continuum felicitatis incrementum, et contra hostes victoriam toto pectore precamur. Ac prorsus non dubitamus, Regiam Majestatem Vestram ex sæpe missis legatis nostris amanter intellexisse, ac in recenti memoria tenere, quantopere de S. Romani Imperii finium, dominio ac fidei nostræ commissorum, perturbationibus questi sumus, quam, ut ad directionem eorumdem jam tandem aliquando idonei commissarii, quorum a multis annis spes nobis esset facta, deputarentur, sedulo et amanter flagitaverimus. Quandoquidem vero propter graviores Regiæ Majestatis Vestræ et regni occupationes hactenus negotii istius expeditio non potuit obtineri, id saltem a nobis petitum est semper, ut interim ab omni vi, invasione et violentia subditi Regiæ Majestatis Vestræ prohiberentur. Verum ne in eo quidem æquissimæ petitionis nostræ a limitaneis regni subditis nec ulla habita est, vel etiam nunc habetur ratio: adeo ut jam pridem alia nobis necessaria ab Imperatoria Majestate et principibus Imperii tuendæ contra vim ditionis nostræ consilia nobis ineunda fuissent, nisi inscia Regia Majestate Vestra hæc omnia fieri, certo nobis persuasum esset. Etenim gravissimas etiam has illatas injurias publicæ ac communi tranquillitati condonandas, ac quam diu salvo jurejurando Imperio præstito nobis liceret, tolerandas potius, easque omnes favori, benevolentiæ et amicitiæ Regiæ Majestatis Vestræ posthabendas esse duximus, quam ut ullæ cogitationes, quantumvis necessariæ et justæ a nobis susciperentur, quæ a veteribus, ac longa serie continuatis regni Poloniæ et ducalis Pomeraniæ domus arctissimis vinculis alieniores esse censeri possent.

Nunc autem quum ante paucos dies præfecturam nostram novo Stettinensem, ac alia vicina istius ditionis nostræ loca transiremus, tam [ex] relatione multorum hominum, quam præsenti inspectione comperimus, non solum litigiosa pridem loca, jam prorsus via facti occupari, sed etiam in indubitato, atque hactenus nunquam controverso fundo nostro, variis ac diversis in locis novas turbas, nova quadam ac insolita licentia moveri, ac in immemoralis temporis optimo titulo continuata possessione, multis modis violenter turbari.

Literas itaque ad Generosos Dominos Stanislaum et Andream comites a Gorka dari curavimus, amanter ab illis contendentes, ut subditos suos in officio continerent, nec latius contra nos evagari, sed quiete vetere possessione nos frui paterentur, donec ea finium controversia amice per commissarios deputandos aliquando componeretur. Intelligimus autem ex ipsorum responsis, et subsecutis ausis, quæ non solum tranquillitatis et æquitatis nobis spem nullam faciunt, sed majorum etiam dissensionum et motuum, si ita pergant, semina suppeditatura videntur. Quæ quidem quum varia sint, ideoque ut particulariter recenseantur, nec epistolæ, nec temporis præsentis ferat ratio, in commodius nobis tempus sunt rejicienda. Nunc hoc saltem a Regia Majestate Vestra amanter petimus, ut præfatis comitibus auctoritate [sua injungat], donec negotium limitum certis et legitimis rationibus componatur, [ut] serio cum annexa pœnali comminatione interdicant [turbas movere], et subditis nostris,

vim et violentiam passis, contra suos vigore pactorum hæreditariorum, jus et justitiam administrent. Quod si etiam prædicti comites ab instituto suo [non possent removeri], et contra nostros subditos vi progredi non desistant, ac post toties læsam patientiam, necessariam a nobis tandem defensionem extorqueant, amanter et officiose pro affinitatis et vicinitatis ac foederum jure petimus, ut Regia Majestas Vestra tot a nobis frustra adhibitarum interpellationum memor, justo nostro dolori amanter ignoscat. Quia certe fines, subditosque nostros et Imperii Romani tandem indefensos finitimorum cupiditati et violentiæ permittere nulla ratione, nec salva jurisjurandi religione possumus. Faciemus autem nihilominus, ut Regia Majestas Vestra cujus auctoritate prætensa multi in hisce et similibus negotiis abutuntur, liquido intelligat, ejusdem favore, benevolentia et amicitia, nihil antiquius nihil foederum et pactorum conservandorum studio potius, nos vel habuisse unquam, vel in posterum etiam habituros esse.

Quare si quis ad S. Regiam Majestatem Vestram contra nos, qui nihil nisi defensive, ac summa necessitate coacti, pro jure et jurejurando nostro facturi sumus, fortassis a quoquam deferatur, nullam ei fidem adhibere, officiose et amanter petimus, donec legatos quoque nostros, omnia fideliter explicaturos, ad Regiam Majestatem Vestram amandemus, qui primo quoque tempore, bello præsenti feliciter, quod Deus Opt. Max. faciat, expedito, ad Regiam Majestatem Vestram a nobis ablegabuntur. Interim Regiam Majestatem Vestram optime valere, et felicissime contra hostes suos pugnare optamus, et officium studiumque nostrum eidem amanter commendamus. Datæ in ducati nostro Belgrado, die 2 julii, anno Domini 1579.

XCVIII.

Barnimus, dux Pomeraniæ,
ad Majestatem Regiam.

Serenissime Rex, ac potentissime princeps, Domine affinis et vicine charissime. Retulerunt nobis nobiles.... præses Stolpensis, Antonius Citzvicius, præfectus Butoviensis, et Petri Strientini hæredes, se magnam æris vim Loysiis mutuo dedisse, tum pro iisdem sponsores factos, aureorum millia complura creditoribus persolvisse, ac nunc, quod gravissimum est, famæ ac reliquarum fortunarum omnium præsentissimum discrimen subire. Et quamvis Loysii magnam suorum partem bonorum ac feudorum, majoris assecurationis causa ipsis oppignrarint, inscripserint, et omnem prioritatem in iis assignarint, quod et a divo Sigismundo [Augusto], Poloniæ rege, comprobatum sit, nihil tamen hactenus illa in parte consecuti. Quare et ad S. Regiam Majestatem Vestram supplices confugisse, quæ Marienburgensi, et Pomeraniæ voivodis severe demandavit, ut ipsis jure dicundo, administrandove succurrerent nec non nobilem virum, Ernestum Veiherum, [in] Loysiorum feuda immitterent. Cumque utrumque neglectum, prætermissumque fuerit, necessario eis inventas atque initas rationes quibus et S. Regiæ Majestatis Vestræ edictorum auctoritas conservari, et miserrimis atque oppressissimis subditis nostris opitulari possit, [irritas fuisse]. Proinde petierunt a nobis, intercederemus apud S. Regiam Majestatem Vestram, ut prædicta conventa pacta ratum haberet ac confirmaret. Etsi autem minime dubitamus, quin S. Regia Majestas Vestra jampridem abunde cognoverit, in quem casum nostrorum hominum res Loysiorum injuria devenerint, quodve eo nomine ipsi præcipue vero Ernesto Veihero, ob præclara in inclitum

Poloniæ regnum studia clementissime consultum cupiat, hanc tamen intercessionem nostram illis haud denegandam censuimus. Petimus igitur pro summa nostra in S. Regiam Majestatem Vestram observantia, ut S. Regia Majestas Vestra nostros subditos gratiosissime respicere, atque in re plus quam æquissima benignissime promovere dignetur. Neque tamen nostri est instituti de Loysiis nunc conqueri; quanta enim eorum fuerit iniquitas, quæ malicia, quis dolus, satis explicari nequit: etenim quid indignius, quam quod Joannes Loysius omnem pene pecuniam e nostris provinciis mirifico astu ad se pertrahens, eamque immodice consumens, nihil quoad vixit reddiderit, moriens vero, ne quid reddi possit, omnes fere suas facultates, in fraudem suorum creditorum, viduæ legarit, cesserit, reliquerit, quam quidem ejus perversitatem S. Regiam Majestatem Vestram non modo perspicere, sed et summopere detestari omnino confidimus, quippe quod naturalis dictet ratio, mutuum reddendum, gratiam pro acceptis beneficiis referendam, codicillos, testamenta religioni, naturæ ac juri inimica rescindenda, priores tempore potiores quoque esse. Idcirco S. Regiam Majestatem Vestram neutiquam permissuram, ut Joannis Loysii vidua quod reliquum est bonorum retineat, dilapidet, ac nostros subditos præter jus ac fas ab iisdem excludat: idque quum S. Regiæ Majestatis Vestræ, atque incliti regni Poloniæ existimatio etiam atque etiam efflagitet.... nos quanta possumus observantia vicissim compensare enitemur. Valeat S. R. M. Vestra incolumis, ac feliciter. Ex arce nostra Rugenwaldi, tertia nonas julii, anno Domini 1579.

XCIX.

Rex Stephanus ducibus Pomeraniæ.

Illustres principes, amici, affines et vicini Nobis charissimi. Ut Nobis peroptatum esset, si pro ea, quæ Nobis cum Illustritatibus Vestris amicitiæ, vicinitatisque conjunctio est, nostri utrique subditi in regni nostri, ac Illustritatum Vestrarum ditionum finibus, mutua inter se amicitia atque concordia continerentur: ita non mediocrem capimus animo molestiam ex earum injuriarum varietate, de qua et Illustritates Vestræ apud Nos per literas paucis ante diebus conquestæ sunt, et subditi vicissim nostri haud minore de causa conqueri non desinunt. Discupimus profecto omnes istas controversiarum causas inprimis sublatas esse, et per commissarios quidquid in finibus ambiguum aut litigiosum esse potest, ad æquitatem et certitudinem aliquam adduci. Verum quum rem implicatam esse multis et veteribus controversiis, et divorum prædecessorum nostrorum temporibus jactatam intelligamus, neque promptum Nobis sit hoc tempore in magna cæterarum rerum regni nostri occupatione, commissarios subito decernere, neque in rem eam præsentem mittere, injuriis tamen occurri, modumque ac finem aliquem adferri cupiamus, brevi mittere aliquem decrevimus, qui de injuriis, de quibus potissimum hoc tempore Illustritates Vestræ conqueruntur, cognoscat, operamque det, ne a subditis nostris committatur, quod cum vi injusta atque alieno incommodo conjunctum sit. Illustritatum vero Vestrarum mutui studii fuerit, in similem quoque apud suos curam incumbere, neque permittere, ut nostris etiam subditis de iis, qui Illustritatibus Vestris parent, justa esse conquerendi causa possit. Nos quæ non modo ad retinendam pristinam, verum etiam amplificandam cum Illustritatibus Vestris amicitiæ, vicinitatisque summam conjunctionem pertinere judicabimus, eorum nihil unquam prætermissuri simus. ~~De~~ Bene valeant Illustritates Vestræ. Datum....

~~Regis Poloniæ Stephani literæ ad cardinalem Sirletum.~~

~~Teka Naruszewicza 93. Ex cod. mss. Vaticano, 6180 (1)~~

C.

Regis Poloniæ Stephani literæ ad Carolum Borromeum, archiepiscopum Mediolanensem (1).

CI.

Edictum regium Svirense ad milites, ex quo causæ suscepti in Magnum Moscoviæ ducem belli cognoscentur.

Teka Naruszewicza ~~93~~ 87 23. Ex misc. bibl. princ. Alteriorum Romæ (2).

~~(1) List ten z tej samej daty, poleca temi samemi co poprzedzający wyrazy kardynałowi Sirletowi biskupa Płockiego. Jest w Relacyach nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. 1, p. 307.~~

~~(1) List ten pisany z Wilna 29 czerwca, w którym król poleca kardynałowi Sirletowi Piotra Dunina Wolskiego, biskupa Płockiego, posłanego do Rzymu na miejsce Pawła Uchańskiego jest w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. 1, p. 307. Jest także drugi Widzieliśmy już list do kardynała Morono, polecający mu go w tych samych wyrazach.~~

C. (1) W liście tym pisanym z Wilna 3 lipca, który jest w zbiorze Theinera, *Annales Ecclesiastici*, t. III, p. 69, król prosi świątobliwego arcybiskupa o modły za pomyślne powodzenie oręża polskiego w wojnie z Moskwą. Nuncyusz Caligari pisał także z Wilna 2 lipca do wszystkich biskupów polskich, żeby oto nakazali modły do Boga.

CI. (2) Ta odezwa do wojska, napisana zdaniem Albertrandego przez samego króla, wydana w Świrze 12 lipca 1579 roku, ~~znajduje się~~ przedrukowana w zbiorze Pistoryusza, t. III, p. 118, u Gwagnina, tudzież w dziele: *Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce*, t. 1, p. 307–316.

Tejże zaraz roku była drukowana w osobnej broszurze wydanej w Warszawie u Szarffenberga, zatytułowanej Edictum Regium Svirense. W odezwie tej król Stefan tak się oświadcza, ażeby wszelkich krzywd wyrządzonych Polsce przez W. Księcia Moskiewskiego wszystkim znane są, iżby jeden łupić jeszcze ~~nie~~ wiedzieli wszyscy a własnym wojska,

jaki to jest powód tej krwi przelewu – oznajmuje wszystkim i zaraz po wstąpieniu na tron, uwiadomić o tem mocarstw W. Księcia Mosk., ~~ita~~ i oświadcza chęci pragnie z nim żyć w świętej zgodzie i pokoju – W końcu z tem wojennem się oświadczył – bynajmniej niczyimi przyczynami – oręż zbrojem Litwinie i gdzie ich już miał i zamki zagarnął pod moc swoją – nie ma innego źródła jak tylko siły osobistej chęci tej gwałt. &c

CII.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad cardinalem Moronum.

Teka Naruszewicza 93. Ex cod. Vatic. inter Vatic. 6406

Illustrissime et Reverendissime Domine, amice observandissime. Mittitur a nobis ad S. D. N. orator noster Reverendus Petrus Dunin Wolski, episcopus Plocensis, episcopali atque etiam senatoria regni nostri dignitate, et gestorum in Republica munerum honore quam ornatissimus, qui hasce nostras Reverendissimæ Dominationi Vestræ reddet, verbisque nostris plurimum salutabit, nostraque studia diligenter deferet, quæque jussimus exponet. Quod facienti ut Reverendissima Dominatio Vestra et fidem habeat, et negotiis nostris, de quibus apud S. D. N. aget, voluntatem, gratiam, auctoritatem atque omne studium suum libenter accommodet, denique oratorem nostrum usquequaque commendatum sibi esse sinat, benevolentiaque sua in rebus omnibus adjuvet, etiam atque etiam expetimus. Erit hoc nobis quum gratissimum, tum permagnæ curæ, ut quæ vicissim a nobis ad Reverendissimæ Dominationis Vestræ voluntatem atque testificationem addictissimi animi nostri pertinebunt, ea omnia Reverendissimæ Dominationi Vestræ prompte cumulateque reponamus. Reverendissimam Dominationem Vestram recte valere cupimus. Datæ Vilnæ, die 29 mensis junii, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

Stephanus Rex.

CIII.

Responsum Sacræ Regiæ Majestatis Poloniæ, etc. Serenissimi regis Daniæ, etc. oratori, Generoso Georgio Farensbach, datum die prima julii, anno Domini 1579.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. III.

Sacra Regia Majestas quum literas Serenissimi regis Daniæ perlibenter legit, tum oratorem ejus vidit, audivitque quam libentissime. Fuit enim pergrata Serenissimi regis testificatio, qua eum sua Majestas non modo ad amicæ vicinitatis conjunctionem, verum etiam in hostem Moschum certi foederis conventionem propendere intellexit: cui quidem animo sua Majestas mutua vicissim voluntate tanto cupidius respondere desiderat, quanto Serenissimi regis amicitiam, conjunctionemque sibi pluribus nominibus, et charam commendatamque habet, et ad suas belli a se suscepti rationes percommodam atque opportunam esse intelligit. Expetit igitur sua Majestas, ut de suo vicissim animo sibi Serenissimus rex cuncta persuadeat, quæ a fratre amicissimo, vicino conjunctissimo, amico singulari poterunt, debebuntque proficisci. Ac pro eo quidem studio suo libenter sua Majestas iis postulatis atque conditionibus, de quibus ex Serenissimi regis oratore cognovit, planius hoc tempore respondisset, nisi temporis angustia, qua eam belli properatio circumscripsit, quum potissimum regius orator in ipsum suæ Majestatis ad castra sua cursum inciderit, justam graviorum istiusmodi rerum, quæ ad pacta et foedera spectant, considerationem plane exclusisset. Verumtamen quum sua Majestas singulari quodam studio ad colendam cum Serenissimo rege amicitiæ necessitudinem, atque etiam ad foedus contra hostem Moschum sanciendum feratur, et semper ea mente animoque fuerit, ut non minori constantia

ac fide, pacta conventaque conservet, quam studio suscipiat, ad conservandam vero præstandamque foederum fidem inprimis pertinere sciat, ut quisque ad ea descendat, quæ a se confici et præstari recte possint, et ut pacta mutuam utrinque æqualitatem obtineant: Sacra Regia Majestas pro sua integritate constantiaque, pro qua nisi quod præstare possit velitque, pollicetur nemini, etiam atque etiam sibi considerandum judicat, quid a se in hoc genere negotii fieri possit, quid utrinque ex mutuis, paribusque studiis et officiis æquabile pactis constitui debeat. Quod ut fiat, Sacra Regia Majestas expeditissimum fore judicat, si utrinque commissarii designati certo in loco et tempore conveniant, qui causam omnem, conditiones omnes, omnesque rerum circumstantias considerent et ad paria et mutua officia, ipsamque æqualitatem, rectissimam omnium pactorum conservatricem, adducere studeant. Ad quod quidem suæ Majestatis studium, ~~officiumque~~ judiciumque, si Serenissimus rex voluntatem suam accommodet, et Majestatem suam de loco atque tempore, quo conveniendum commissariis sit, faciat certiorem, nihil in hoc quod ad se pertinere possit, sua Majestas patietur desiderari. Interim vero dum commissarii isti conveniant, et mandata utrinque conferant, et rem ad certa pacta conventa adducant, Sacra Regia Majestas eam et in hoc bello suo, et in rebus omnibus Serenissimi regis rationem habitura est, ut intelligi facile possit, suam Majestatem Serenissimi regis amicitiæ, conjunctionisque cupidam, et perquam studiosam esse, quæ quidem vicissim a Serenissimo rege, pro vetere et utriusque regnorum, prædecessorumque necessitudine, et ista animi declaratione, quæ per D. oratorem facta est, ea omnia expectabit, quæ par est ab amico et vicino conjunctissimo proficisci. Atque hæc habuit S. Regia Majestas Serenissimi regis Daniæ oratori hoc tempore respondere.

85

CIV.

Regia Majestas ad cardinalem Farnesium.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. I.

Illustrissime et Reverendissime in Christo Pater, Domine amice charissime et honorande. Quum ad Sanctissimum Dominum Nostrum, oratorem nostrum, Reverendissimum Dominum Petrum Dunin Wolski, episcopum Plocensem, non tantum episcopalibus ornamentis, verum etiam primarii senatoris nostri dignitate, gestorumque in hoc regno munerum splendore eximium virum, mitteremus: mandata ei dedimus, ut Reverendissimæ Dominationi Vestræ, cujus in tutela, fideque, nostra, regnique nostri negotia essent, nostris verbis salutem plurimam diceret, atque ad eam studia nostra plena gratificandi promptitudine diligenter deferret, faceretque aliis de rebus etiam certiorem. Expetimus autem majorem in modum a Reverendissima Dominatione Vestra, ut pro suo erga Nos studio, proque nostra de R. D. Vestra suscepta spe atque fiducia, oratorem nostrum sibi quam commendatissimum esse sinat, benevolentiaque sua in rebus omnibus adjuvet, atque ad ea, quæ a Nobis commendata negotia habet, rectissime, commodissimeque explicanda, benevolentiam, consilium, auctoritatem, studium suum libenter conferat, adjuvetque, ut et pietatem nostram, quam erga S. D. N. Sedemque Apostolicam declaramus, Sanctitati suæ gratam accidisse intelligamus, et quæ cupimus, optamusque, facile impetremus. Quæ a Nobis vicissim ad R. D. Vestræ voluntatem atque commodum proficisci posse existimabimus, ea prompte cumulateque ad R. D. Vestram conferemus. Quam bene valere exoptamus. Datum Vilnæ, die 2 julii, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

Stephanus Rex.

CV.

Stephanus, rex Poloniae, ad summum pontificem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Post oscula pedum beatorum, meique regni et dominiorum meorum commendationem. Qui mos est principum christianorum, quaeque mea est erga Sanctitatem Vestram, Sedemque Apostolicam pietas, mitto oratorem meum, Reverendissimum Petrum Dunin Wolski, episcopum Plocensem, regni mei senatorem primarium, et maximis in regno meo muneribus, summa cum sua dignitate, integritateque functum, qui meo nomine regio, quod mihi divinitus tributum est, studia, officia atque obsequia mea ad Sanctitatem Vestram, Sedemque Apostolicam diligentissime deferat, quae quidem Sanctitati Vestrae, quoties se dederit occasio, re ipsa a me cupidissimo omnia ad Sanctitatis Vestrae dignitatem, atque Ecclesiae auctoritatem, unitatemque conferenda etiam atque etiam praestabuntur: neque diffido illi studio, pietatique meae, qua Sanctitatem Vestram, Sedemque hanc Apostolicam colo, veneror que, a Sanctitate Vestra paternam gratiam, benevolentiamque, quod inprimis opto, cumulate relatum iri. Rogo autem ut de mea erga Sanctitatem Vestram observantia, deque regni mei rationibus, meis verbis apud se disserentem oratorem meum clementissime audire dignetur, tum efficere, ut et ego intelligam, et orbis christianus facile perspiciat, meum istud in pietate mea declaranda studium, et gratum Sanctitati Vestrae accidisse, et illustribus paternae benevolentiae significationibus vicissim affectum et ornatum esse. Commendo me, et regnum, et dominia mea benevolentiae paternae Sanctitatis Vestrae, quam diutissime feliciter valere exopto. Datum Vilnae, die 11 mensis julii, anno Domini 1579.

CVI.

Dux in Prussia ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Serenissime Rex et potentissime princeps, Domine affinis omni observantia colende. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ, delata officiorum promptitudine, præter diuturnam incolumitatem, prosperrimos rerum successus ex animo precamur. Serenissime Rex, Domine clementissime. Nobilis capitaneus noster Liccensis, fidelis nobis dilectus, Vilhelmus Mille sæpius jam graves ad nos querelas detulit, nobilem capitaneum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ Visnensem, Petrum Graiewski, in Masoviæ finibus, pagorum Gorcrice et Sochola subditis nostris non levem injuriam et damnum inferre, quod in finibus controversis, quibus jam ante multos annos per divorum antecessorum Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ et nostri commissarios metæ sequestrandos constitutæ sunt, ultra terminos positos arare, et arbores excindere conatus sit. Qua de re a capitaneo nostro Liccensi admonitus, non tantum multa insolenter et superbe in nos et jurisdictionem nostram respondit, sed majores quam par est sibi spiritus et auctoritatem sumens, se pagis nostris in finibus illis constitutis omnibus servitiis et debitis arci nostræ Liccensi præstandis, usque ad pleniorem commissariorum decisionem interdicturum comminatus est. Quod quum ferendum nobis diutius non sit, et ad tuendum jus finium, ac subditorum nostrorum ex officio compellamur, gravioribus dissidiis obvenire volentes, et Sacræ Regiæ Majestati Vestræ, Domino et affini nostro clementissimo, debitum honorem deferentes, Sacram Regiam Majestatem Vestram obnixe rogamus, ut istam capitanei Visnensis insolentiam mandatorum severitate coercere dignetur, atque mandare, ut intra positas metas se contineat, et contra pacem publicam in subditos nostros nihil violentius tentet.

Præterea, Serenissime Rex, Domine clementissime, pares ad nos querelas capitaneus noster Lissensis, Gregorius Portugal, jam pridem detulit de vi et insolentia quorundam Masoviæ nobilium, quorum alii pagum Sczuka sub dicto capitaneo Visnensi, Petro Graiewski, alii pagum Vitovo sub capitaneo Lomzensi incolunt, qui sæpius jam armata manu in nemora nostra involarunt, omne ferarum genus ferierunt, ligna exciderunt, alvearia spoliarunt, et multa violentius conati sunt, unde non semel a nostris deprehensi, etiam atque etiam vi repulsi, subinde novarum turbarum causas præbent, quæ omnia [quum] ad violationem pacis publicæ, et ad majores offensiones vergant, et talia auctoritate Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ prohiberi utrinque intersit, eamdem Sacram Regiam Majestatem Vestram pari observantia rogamus, ut ad capitaneos Lomzensem et Visnensem sua nobis mandata (ab ipsis capitaneis antehac desiderata) clementer impartiri dignetur, quibus feroces et insolentes istos excursores coerceri atque puniri jubeatur. Atque hæc si tempore alieniore in hisce bellicis Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ occupationibus petere videmur, necessitate ipsius rei, quod pacem publicam inter fines regni hoc præsertim tempore inviolatam esse oporteat, Sacra Regia Majestas Vestra pro sua prudentia atque humanitate id ipsum tribuat. Hisce Sacram Regiam Majestatem Vestram, cujus nos gratiæ reverenter commendamus, diutissime valere, atque prosperrime regnare exoptamus. Datum Regiomonti, die 13 julii, anno Domini 1579.

Comes Frisiæ Orientalis ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Serenissime et potentissime Rex. Majestati Vestræ Regiæ promptissima mea obsequia in omni officiorum genere reverenter defero.

Potentissime princeps, Domine clementissime. Etsi in his bellorum et tumultuum procellis, quibus totus pene christianus orbis ita concutitur, ut et Vestræ Majestatis augustissimum florentissimumque Poloniæ regnum in suis finibus, si famæ fides adhibenda, ab iisdem non prorsus libera sit, Vestra Majestas, quæ injuriarum et periculorum propulsationibus sedulo est intenta, civilibus de causis inquietari forte non debet; tamen quia evidens miserorum quorumdam subditorum meorum necessitas, quam mihi dolentes exposuerunt, Vestræ Regiæ Majestatis patrocinium desiderat, non potui committere, quin ejusdem Vestræ Majestatis Regiæ clementissimum auxilium et operam, quæ omnibus injuste oppressis aut læsis exposita et parata esse cognovi, post rei gestæ narrationem demisse implorem.

Ante menses plus minus tres accidit, ut nonnulli meorum subditorum, contracta inter se societate, navem quamdam onerariam quadraginta quatuor lastarum, inter reliqua ad navigationem necessaria, mille ducentis taleris promptæ pecuniæ instructam, Gedanum, regni Majestatis Vestræ celeberrimum emporium, versus, ad solita exercenda commercia, per nautam, Joannem Henrici dictum, emitterent, eaque navis, vel rectoris inscitia, vel alias fatali casu, et ventorum vi in littus Puckanum, ubi nobilis et strenuus Ernestus Weiherus sub Vestræ Regiæ Majestatis auspiciis rerum potitur, impacta ac collisa misere perierit, ita ut non sine summa difficultate ipse nauta cum sociis præsidio cymbæ suæ in continentem eluctatus sit, accepta tamen aliqua supradictæ pecuniæ summa, nimirum mille et quinquaginta talerorum. Eam pecuniam ex naufragio servatam, quum in diversorio publico, quod littori erat proximum, apud hospitam sancte deposuisset, supervenerint ministri aliquot Weiheri, quibus littorum inspectio et cura demandata videbatur. Hi commiseratione ducti, naufragis suam operam in salvandis iis, quæ salvari adhuc possent, offerunt, et postridie, quum mare aliquanto tranquillius esset redditum, re ipsa quoque præstant, ita ut bona pars nauticorum instrumentorum conservaretur. Pro hoc officio quum nihil sibi deberi, sed supradictum Weiherum, castellanum in Pucko, quod oppidum una cum castro tribus forte milliaribus inde distat, conveniendum, eique honorarium aliquod numerandum esse affirmarint: nauta, assumpto ductore, eo pergit, rem gestam et infelicem casum Weihero exponit, eique ex conventione taleros quindecim numerat. Interea supradicta hospita pecuniam a nauta apud se depositam prædictis littorum observatoribus indicat, ii porro quanto ocius ~~de~~ domino suo Weihero hoc ipsum significant, qui statim mandat ad sese pecuniam perferri, quod et sine mora factum est. Nam quum supradictus nauta, solutione Weihero facta, ad littus et ibidem vicinum hospitium rediret, ut servatam pecuniam ab hospita repeteret, et Gedanum, quod septem plus minus milliaribus inde abest, perferret, ecce littorum observatores ei exeunti cum pecunia ipsius, cistæ et currui imposita, occurrunt, eamque D. castellano tradunt, excluso misero nauta. Hic jam collata sunt consilia, quo tandem prætextu et colore pecunia ista in commissum cecidisse dici posset. Objicitur primo nautæ, quod in littore rogatus a ministris prædictis, anne aliud quodpiam e naufragio servatum esset, ipse negative responderit, quod responsum de

servata pecunia falsum deprehendatur. Hoc crimen secundum jus littorale et antiqua privilegia esse tantum, et tam enorme, ut non solum fortunarum omnium, sed et vitæ amissione mereatur, cujus gravissimæ poenæ etiam monitus a ministris etiam contemptor fuisset. Additur secundo quod simulaverit nauta magnam inopiam, qua motus castellanus quindecim solummodo taleros ab ipso exegit, quorum quum se mutuo accepisse in Pucko nauta falso affirmasset [poena dignus est]. Tertio objicitur, quod nauta occurrentibus castellani ministris in itinere obtulerit honorarium, ut pecuniam, quam advehebant, sibi redderent, nec ad castellanum Weiherum perferrent, ad vitandas multas molestias: hanc oblationem eo fine factam aiunt, ut ministros corrumperet, idque gravissimum esse delictum. Quanquam autem nauta, licet consternatiore animo, his auditis, ad singula responderit, et primo quidem, præterquam quod falsum esset, se supradicto modo admonitum, sibi non fieri verisimile, quod ullo jure astrictus fuerit ad manifestandam pecuniam per se ipsum et suos servatam. Secundo, se inopiam post infelix naufragium non abs re, imo suasu incolarum istius loci simulasse, quippe quibus constitit, quam parum tutum esset omnia ibidem innotescere, nec tamen ulla simulatione cuiquam esse injuriam illatam, aut in lege peccatum. Tertium argumentum nullius esse momenti, quum sibi adempta voluerit pretio redimere, eam igitur rem ut licitam, ita pro corruptela non posse haberi. Tamen hisce non obstantibus, nautæ significatum est, et vita, et bonis ipsum ob prædictas causas mulctari posse: interim tamen ex speciali gratia sanguinis poenam sibi remitti, et quinquaginta taleros insuper in viaticum ipsi numerandos, quos miser gemebundus, omnique et auxilio, et consilio destitutus, accepit, et ad suos rediit, relictis ibi circiter mille taleris.

Quæ omnia quum ita se habeant, Rex Serenissime, et non dubitem, quin V. R. Majestas pro sui judicii dexteritate facile animadvertat, quam frivolo et vano fundamento nitantur, quæ ab Ernesto Weihero ad redimendos et sibi vindicandos hosce mille taleros prætenduntur, adeo quod istorum nummorum vix octava pars ad ipsum nautam, residuum vero omne ad certos meos subditos, cives Embdenses, ad quorum petitionem hæc a me scribuntur, pertineat, qui ex maleficio hujus nautæ si quid forte commissum esset, se non teneri arbitrantur; et tamen a me familiariter et amice quodammodo per literas interpellatus et requisitus, restitutionem injuste ablatorum prorsus detractat: V. R. Majestatem demisse oro atque obtestor, ut pro sua in juvandis omnibus oppressis promptitudine, prædicto Weihero mandative injungere dignetur, quum et divinis et humanis legibus repugnet, sitque exemplo, si quisquam cum damno alterius, qui hostis non est, se locupletare studeat, quo dictos mille taleros cum omni damno et interesse meis subditis refundere non recuset. Et quia ex illa tergiversatione, qua hactenus est usus, subvereri cogor, ne ad trahendum negotium, et diu ludificandum meos subditos, ad judiciariam aliquam cognitionem provocet: peto in eum eventum certos cognitores a R. V. Majestate in Prussia deputari, qui legitime perspecto causæ statu, sine strepitu judicii tamen, ut peregrinis administrari jus solet, ex æquo et bono controversiam hanc dirimere possint. Ea re, ut tanto principe digna, M. V. R. et justitiæ laudem in hisce etiam longinquis regionibus consequetur maximam, et me vicissim habebit ad omnia officia possibilia paratissimum. Deus Opt. Max. M. V. R. ad nominis sui gloriam, et publicam tranquillitatem regni Poloniæ, in felici et pia gubernatione quam diutissime incolumem servet. Ex arce mea Embdena, 23 julii, anno 1579.

CVIII.

Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus, ad S. Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Quantum pristinæ et catholicæ religionis sectatores S. Regiæ Majestati Vestræ debeant, ex multis, iisque clarissimis rerum argumentis, non ego modo, sed omnes jam æqui et iniqui intelligunt: nam vitæ ejus exemplo et plures sese ipsos ad veræ pietatis normam componere student, et multa in dies hic in mores inducuntur, quæ vel difficilia, vel nullo modo fieri posse antea existimabantur. In oppido Chodel, quod est ditionis Domini Bernardi Macieiowski prope Lublinum haud ita pridem ad prædicationem unius sacerdotis Jesuitæ, qui Jaroslavia eo excurrerat, verbi Dei disseminandi studio, 36, Heilsbergæ ex eo tempore, quo S. Regia Majestas Vilnam venit, 126 et ultra ab hæresi ad sanctam fidem catholicam amplectendam adducti sunt. Gedani longe plures spem faciunt, brevi se eamdem catholicam fidem amplexuros. Sed quod mirabilius est, 24 hujus mensis, quo die solemne jejunium ante festum diem Sancti Jacobi apostoli more majorum egimus, et orationem quadraginta horarum pro S. Regia Majestate Vestra, atque ejus exercitu novo instituto inchoavimus, clarissima femina, uxor Magnifici Domini cancellarii, cum tribus pedissequis, nescio quorum sathanæ ministrorum filiis, in ecclesia Sancti Joannis, in manibus Petri Scargæ, veterem hominem exuentes, et hæresim omnem abjurantes, sese ipsas Sanctæ Ecclesiæ Dei reconciliarunt. Qua in re est, quod Magnifico Domino cancellario plurimum debeamus, perdiu enim saxum hoc volutabat, neque certe unquam instare destitit, quoadusque rem omnem ex sententia perfecit. Audio autem perspicue constat, uxorem, nurumque Magnifici Domini palatini Vilnensis palam se catholicam jactare, nurumque ipsam ea esse confidentia, ut audeat pro marito suo, pincerna regio, promittere: sperat enim illum, atque adeo ejus fratrem natu minorem vel invito coram patre posse a synagoga abducere, et ad ecclesiam catholicam pertrahere. Hæc eo recensere visum est, tum ut S. Regia Majestas Vestra, tanquam bonus artifex, suis præclaris operibus lætetur, tum ut pro certo sciat, ad honores et officia, quæ etiam nunc vacua facta sunt, catholicos viros promoveri posse; nam vel jam sunt catholici, aut sperandi præmii per Majestatem Vestram illis objecta [offa], omni postposita hæresi, in saniorem et salubriorem sententiam transibunt: quod quidem magnum et propiciatorium sacrificium erit pro obtinenda de hoste victoria, ac pace et tranquillitate totius regni sui optime constituenda. Immortalis Deus S. Regiam Majestatem Vestram protegat, et ad felicem exitum præclarissimos animi sui conatus deducat. Datum Varsaviæ, die 26 julii, anno Domini 1579.

CIX.

Rex Daniæ ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Fridericus secundus Dei gratia Daniæ, etc. Rex, Serenissimo principi, Domino Stephano, Regi Poloniæ, etc.

Serenissime princeps, amice, vicine charissime. Rediit nuper ad Nos, itinere sat felici et expedito, orator noster, Generosus inprimis Nobis dilectus, Georgius Farensbachius, qui non tantum literas Serenitatis Vestræ, humanitatis et benevolentiæ plenas, ac ipsius declarationem ad legationis capita, quæ ipsi ad Serenitatem Vestram perferenda antea commisimus, scripto itidem comprehensam Nobis reddidit ac exhibuit, verum etiam de singulari et fraterno Serenitatis Vestræ erga Nos studio, ac compluribus ipsius, quum togatis, tum bellicis inprimis virtutibus et ornamentis luculenter apud Nos peroravit. Quibus certe in rebus omnibus referendis, declarandisque ita eum versatum esse cognovimus, ut ipsius in negotiis tam gravibus bene explicandis studium clementer collaudemus.

Quantum vero ad ipsa negotia pertinet, de quibus per oratorem istum nostrum bono et pio consilio apud Serenitatem Vestram communicationem liberiorem instituimus, perjucundum Nobis ac inprimis gratum fuit, Serenitatem Vestram testificationem istam nostram animo sincero, et utilitatis Reipublicæ christianæ promovendæ cupidissimo profectam pari animi candore accepisse ac probasse, ipsamque quum divorum utrinque prædecessorum exemplo, tum publicis privatisque rationibus permotam, arctioris amicitiæ et necessitudinis Nobiscum firmandæ studiosam plane et cupidam esse. Pro qua quidem Serenitatis Vestræ animi erga Nos propensione, ac singulari gratificandi studio, tanta humanitate Nobis declarato, inprimis vero quod Serenitas Vestra in bello hoc suo contra Magnum Moschoviæ principem suscepto, condignam se nostri rationem habituram pollicetur, permagnas ipsi, sicuti par est, agimus et habemus gratias, daturique sumus operam, ut Serenitati Vestræ tam in amicitia bonis auspiciis inter nos firmanda, quam in antiqua regnorum nostrorum necessitudine, et bona vicinitate tuenda ornandaque, pari et regio animi candore amice respondeamus.

Quod quidem mutuæ conjunctionis augendæ studium nostrum proxima legatione Serenitati Vestræ testatum facere cuperemus: ideo ipsam non minus operæ pretium, quam rem præsenti rerum opportunitati admodum accommodatam, facturam existimavimus, si ad legationis istius capita et conditiones propositas plane ac dilucide per oratorem nostrum Nobis potius respondere, quam earum rerum deliberationem ad communium commissariorum [congressum] remittere maluisset. Quum autem rationes a Serenitate Vestra hac in parte adductas, tam de legitimis susceptæ magnæ expeditionis impedimentis, quam de condigna in pactis foederibusque sanciendis prudentia et æquabilitate, ejus momenti ac tales omnino esse cognoscamus, ut Serenitatem Vestram hac in parte facile excusent, tantum abest ut moram istam aliter, quam optimam in partem accipiamus, ut Serenitatis Vestræ prudentiam, summa cum humanitate conjunctam, merito collaudemus, ac voluntatem nostram ad studium et judicium Serenitatis Vestræ in commissariis utrinque designandis, et ad locum idoneum mittendis libenter accommodemus.

Itaque quum Serenitas Vestra de loco et tempore, quo commissarii convenire et conditionibus istis ex æquo et bono quid certi constituere possint, sententiam nostram requirat: non incommodum futurum esse existimamus, si commissarios utrinque nostros

designemus, eosque sub finem proximi mensis novembris idoneis cum mandatis in urbem Pomeraniæ Stetinum mittamus, ut de negotiis istis, ad communem ac privatam utrinque nostram, regnorumque utilitatem pertinentibus, agant, deliberent, statuant. Interea vero Serenitas Vestra non minus, quam deinceps omnia mutuæ humanitatis officia, quæ quidem a bono vicino et amico conjunctissimo, proficisci poterunt, certo sibi de Nobis polliceatur.

A negotiis autem illis non alienum, sed ipsis plane accommodatum fore existimamus, si articuli vel certa capita, aut ex proxima legatione nostra, aut ex ipsarum rerum eo in conventu tractandarum serie desumpta, primum utrinque transmittantur, ut ad res istas melius tractandas et facilius explicandas determinandasque, tam Nos, quam Serenitas Vestra commissarios designandos idoneis et certis cum mandatis eo ablegare possimus.

De quo quidem Serenitatem Vestram ex ipsius voluntate per præsentium exhibitorem, nobilem ministrum ac cubicularium nostrum, Matthiam Budden, ideo amanter certiorem facere voluimus, ut ipsa Nobis suam de loco et tempore conventus istius sententiam cum hoc eodem homine nostro rescribere possit. Deus Vestram Serenitatem cum felicibus rerum gerendarum auspiciis incolumem et florentem conservet, et tueatur quam diutissime. Datum in castro nostro Croneburg, die 26 julii, anno Domini 1579.

CX.

Rudolphus Secundus Romanorum Imperator ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: col Faur. 6063, t. 1.

Rudolphus Secundus divina favente clementia, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Serenissimo principi, Domino Stephano Regi Poloniæ, etc., affini et vicino nostro charissimo salutem, omneque felicitatis incrementum.

Serenissime princeps affinis et vicine noster.

Literas ad Serenitatem Vestram dedimus octavo die præterito mensis aprilis, ~~at eque~~ ab eaque amanter requisivimus, ut causam Generosi, fidelis, nobis dilecti, Georgii a Braun, baronis in Wartenberg, Silesiæ consiliarii nostri, commendatam haberet. Qua in re tametsi Serenitas Vestra, ut accepimus, boni principis est munere functa, Nosque ejus propensum et liberalem animum erga Nos libenter agnoscimus; tamen indigne Nobis accidit intelligere, eas cautiones et prædes, qui de jure stando a Braunio, ut se liberaret, sunt dati, nunc etiam a nonnullis Polonis male haberi, et in discrimen vocari. Quod quoniam per se illiberale admodum est, rogamus denuo Serenitatem Vestram, tanto impensius, velit certis mandatis eos prædes sine ullo detrimento tantisper missos facere, dum legatus noster advenerit, quem propediem ad Serenitatem Vestram sumus missuri. Quæ res erit eo justior, Nobisque acceptior, quod Vestræ Serenitatis homines et incolæ regni Poloniæ, qui apud nostros populos tam severe, tamque libere degunt, omnia benevolentiæ et mutuæ humanitatis studia sentiunt et experiuntur. Quibus tantum addamus, ut quo rectius, quæ æqua hoc loco sunt, decernantur, cogitet et statuat Vestra Serenitas ipsa, Cui omnia prospera et secunda optamus, eamque feliciter valere cupimus. Pragæ, ex regia nostra, ipsis calendis Augusti, anno Domini Servatoris 1579, regnorum nostrorum Romani et Imperii quarto, Hungari septimo, Bohemiæ vero quarto.

Rudolphus.

Privilegium Ste Regis quo insignia Duci Curlandiae a Sigi
Aug donata auget et approbat —
in Castris ad flumen Dunâ prope Drissam
4 Augusti 1579
Tek 87–24 Dogiel V Ex Arch Regn Lib
92 lit X V num 93 f 177

CXI.

Diploma investituræ Gothardo, Curlandiæ et Semigalliæ duci, a Stephano Poloniæ rege de feudis ducalibus concessæ.

Teka Naruszewicza 87.74. Ex arch. regni; et ex Cod. dipl. Dogeli, t. V.

In nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nos Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podlachiæ, Livoniæ, nec non Transylvaniæ princeps. Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest, hujus et futuri temporis omnis, universis et singulis. Quum jam antea Illustris princeps Dominus Gothardus, Curlandiæ et Semigaliæ dux, sincere nobis dilectus, tum temporis equestris Ordinis Teutonici Magister, universa cum Livonia, nobilitate, civitatibus, Statibus atque Ordinibus omnibus, se ad Serenissimi prædecessoris nostri, Domini Sigismundi Augusti, et successorum, regnique Poloniæ, et Magni Ducatus Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, ceterarumque ditionum nostrarum fidem ac potestatem contulisset, et in omne tempus subjecisset, idque ut faceret, justissimis, gravissimisque causis et pernecessariis Livoniæ rebus adductus esset, Magno nempe Moschorum duce, longo ac crudelissimo bello in eam provinciam gravissime incumbente, ac longe lateque omni injuriarum, direptionumque genere, et flammæ ferrique sævitia grassante, jamque eousque armis progresso, ut nihil non in ejus potestatem venturum, cunctaque vi illa hostili superatum, atque excisum iri viderentur. Jam ejus Illustritate, cuntisque Livoniæ Ordinibus, magnitudine belli admodum fractis, et nequidquam Serenissimorum imperatorum Romanorum, Sacrique Romani Imperii fidem, auxilium, opem diu implorantibus, ~~[illegible]~~ spemque jam nullam non modo pristini status provinciæ, sed ne quidem salutis, libertatis, vitæque singulorum amplius retinendæ habentibus aliam, quam quæ in Serenissimorum Poloniæ regum, et regni, Magnique Ducatus Lithuaniæ defensione atque imperio sita esset. Quod tum ejus Illustritas cum Livonia universa, a Serenissimo prædecessore nostro, divo Sigismundo Augusto, in fidem, potestatem et ditionem suam, et successorum suorum, regnique, Magnique Ducatus Lithuaniæ certis conditionibus, juste, legitimeque recepta sit. Et quia ejus Illustritatis studium in adducenda ea provincia ad subjectionem, ditionemque Poloniæ regum singulare extitisset, et ita mereri ejus dignitas, virtus, fides censeretur, illi, mutato, ex consilio Ordinis equestris, statu priore, approbante eam rem Serenissimo rege, divo Sigismundo Augusto, ab eodem, tanquam supremo, directo, naturali, et

perpetuo feudi illius domino, ducalis titulus cum omni dignitate, insignibus, privilegiis ducalibus ac ditionibus certis tributus, et ejus Illustritas vasallus Poloniæ regnum, feudatariusque princeps, et regni Magnique Ducatus Lithuaniæ membrum factus fuerit, pro eo ut diplomate nobis exhibito, ac Vilnæ 18 die mensis novembris, anno 1561. perscripto, et divi Sigismundi Augusti prædecessoris nostri manu subscripto, certius, fusiusque continetur. Quod præterea, quum Illustritas ejus de solenni sua investitura feudali Serenissimum prædecessorem nostrum, divum Sigismundum Augustum, aliquoties appellasset, et per temporum rationem, magnitudinemque regni negotiorum, voti sui compos, regnante, viventeque prædicto Domino prædecessore nostro, effici non potuisset, a Nobis ad regni nostri Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuaniæ fastigium Dei benignitate evectis, diligentissimis precibus confirmationem suorum jurium a divo Sigismundo Augusto concessorum, et ducalem feudi investituram in comitiis ad hoc a Nobis habitis flagitavit.

Sed quum magnitudino, varietasque nostrarum occupationum, tum locorum quoque intervalla, id a Nobis præstari non paterentur, et rei peragendæ ex consilio primariorum regni nostri consiliariorum, qui partim Nobis adfuerunt, partim per literas de eo a Nobis appellati sunt, pariterque eorum, qui ex Magno Ducatu Lithuaniæ frequentes Nobis in senatu assederunt, præsentis loci, temporisque opportunitas fuerit constituta, quumque ejus Illustritas ad nos hoc tempore, huncque in locum se contulisset, Nos die 4 mensis augusti, sub generalem exercituum nostrorum delectum, et recensitionem in castris, et tentorio nostro, postquam ejus Illustritas a Nobis investituram petiisset, et fidelitatis, subjectionisque jusjurandum Nobis, et successoribus nostris, supremis, directis, naturalibus, et perpetuis dominis, regnoque, Magnoque Ducatui nostro Lithuaniæ præstitisset, Nos ex consilio consiliariorum nostrorum, tam lateri nostro assidentium, quam per literas de eo requisitorum, prænominatum Illustrem principem, Dominum Gothardum, Curlandiæ et Semigalliæ ducem, ad terras, civitates, oppida, arces, possessiones, præeminentias, et jura omnia et singula, quæ a divo Sigismundo Augusto, Serenissimo antecessore nostro, concessa habet, tradito a Nobis solenni ritu feudali vexillo investivimus, et præsentium literarum nostrarum auctoritate et tenore investimus, ac omnia grata, rata habentes, confirmantesque, et de integro solenni investitura confirmantes, quæ a prædicto prædecessore nostro Serenissimo, diplomate die 18 mensis novembris, anno Domini 1561 sub suæ Serenitatis manu dato, ejus Illustritati jam antea data, concessa, collata sunt, atque ea quidem, quæ in illo commemorato diplomate ad ejus Illustritatem spectarent, hæc sunt: Primum videlicet ejus Illustritati, atque ejus posteris masculis, legitime ex ejus lumbis

linea recta descendentibus, Ducalem titulum, ad instar Illustris ducis in Prussia, cum omni dignitate, insignibus, privilegiis ducalibus, confirmamus, et de integro in hac investitura conferimus, ita ut vasallus et feudatarius princeps noster, et successorum nostrorum, regnique, et Magni Ducatus Lithuaniæ membrum sit, itidemque prædicti ejus posteri sint. Præterea ut a divo Sigismundo Augusto, Serenissimo prædecessore nostro, ejus Illustritati, posterisque ejus legitimis masculis, ex ejus lumbis linea recta descendentibus nominatim ditiones, possessiones, civitates, oppida, arces certæ, assignatæ sine infeudationis solennitate fuerunt, ita Nos vigore legitimæ investituræ, eidem attribuimus, damusque, atque conferimus. Primum totum illum tractum Curlandiæ et Semigalliæ, incipiendo a salso mari, sursum sequendo fluvium Hilga, ascendendo ad antiquos limites olim per Radzivilium inceptos, et dispositos inter Samogitiam, Lithuaniam et Prussiam ab una, et Livoniam ab altera partibus, versus districtum Polocensem ad Dunam fluvium, descendendo vero Duna usque mare salsum, adeo, ut quidquid in istis terminis cis Dunam versus Lithuaniam continetur, et ad Ordinem Livoniæ spectabat, nunc et in perpetuum apud Illustritatem suam et ejus prædictos hæredes masculos permaneat, curias videlicet, bona et nobilitatem, quæ ad arcem Duneburgensem ex hac parte fluvii Dunæ versus Lithuaniam spectarunt, arcem Selburgam cum toto districtu, curias item, et nobilitatem, et omne id, quod videlicet ex hac parte ad arcem Ascherad spectavit, arcem Bausko, Neugudt, cum iis, quæ ad arcem Kircholm pertinebant, arces ~~Mietau~~ Mithaw, Tuckum, Neuburg, Doblen, Candaw, Alswangen, ~~Schwenden~~ Schwenden, ~~Frauden~~, Frawenburg, Sebel, tum et alias arces, quæ (a) Serenissimo antecessori nostro, divo Sigismundo Augusto, oppignoratæ fuerunt, Goldingen, Hasenpoth, Durben, Windaw, in summa octuaginta millium, arcem vero Grobin, in quinquaginta millibus Illustri quondam principi, Domino Alberto, marchioni Brandeburgensi, in Prussia duci, itidem oppignoratam, et illas quidem summas, quemadmodum prædictus prædecessor noster in diplomate suo remisit Illustritati ejus, et Nos remittimus, pro Nobis vero, et Serenissimis successoribus nostris, et regno, Magnoque Ducatu Lithuaniæ, totum tractum, et omnem reliquam provinciam ultra Dunam, vigore contractus a divo prædecessore nostro, Sigismundo Augusto, cum ejus Illustritate in supramemorato diplomate, Vilnæ die 18 mensis novembris, anno Domini 1561. initi, reservamus primum et ante omnia arcem et civitatem Rigensem, cum omni, quod in ea antiquitus obtinuit, jure, dominio et proprietate, meroque et mixto imperio apud imperatores Romanos obtento, de quo jam ante Illustritas ejus divo Sigismundo Augusto condescendit illudque resignavit, et præsentibus iterum resignat et condescendit, et ab homagio, quo civitas illa Rigensis Illustritati suæ tenebatur, absolvit, absolvereque et renuntiare coram legato

divi Sigismundi Augusti in civitatem Rigensem per ejus Majestatem ablegato publico, tum et ab ipso homagio liberam facere, nec non omnia diplomata ab imperatoribus Romanis super ea re obtenta ejus Illustritas tradere tenebatur: quibus prædictis conditionibus, si nondum satisfecisset, satisfacere teneatur, eamque civitatem, sicut et reliqua omnia, quæ sequuntur, potestati meroque et mixto dominio nostro permittere, sicut jam et tunc vigore privilegii divi Augusti, ita et nunc vigore præsentium permisit et permittit. Sequentes igitur civitates et arces, præsidia atque præfecturæ pro divo antecessore nostro, Nobisque ac successoribus nostris, Serenissimis regibus Poloniæ, et Magnis ducibus Lithuaniæ sunt, tam videlicet illæ, quæ tum in potestate Ordinis permanserant, quam quæ divo Sigismundo Augusto traditæ fuerunt, ut sunt arces: Kircholm, Ascherad, Duneburg ad ripas Dunæ sitæ, Rositen, Lutzen, Tricaten, Ermis, Helmet, Karkus, Weisenstein cum tota Jervia, arx et civitas nova Pernovia, Sara(hof), Rugen, Burtnick, arx et civitas Wolmaria, Wendena, Wolard, arces Segewold, Schuien, Jurgeburg, ~~Nithau~~ Nietow, ~~Lemborg~~ Luneburg, ~~Rodderppeus~~ Rodenpeus, Neumole. Deinde et illa, quæ jam tum in potestatem hostis Moschi pervenerant, et armis recuperandæ sunt, videlicet Ducatus Estoniæ, et episcopatus Dorpatensis, quantum in eo Illustritas interesse habet, cum omnibus illorum nobilibus, vasallis, curiis, fundis, et universis bonis ad ea spectantibus. Quumque inter cetera et hoc inter Serenissimum prædecessorem nostrum, et ejus Illustritatem convenerit, ut permutatione episcopatus Curoniensis pro Sinneburgo arce, curiis Leal et Massel, Illustris dux Magnus contentetur, et eam ad rem prædictus Serenissimus prædecessor noster operam receperit, ut cum reliqua Curonia, episcopatu quoque Curoniensi, ejus Illustritas potiatur, Nos quoque eandem operam daturi sumus.

Neve etiam limitum indiscussorum cum vicinis Illustritas ejus controversiam, aut difficultatem habeat, pro regia nostra auctoritate curabimus, ut primo quoque tempore ad præscriptum pactorum Posvoliensium, et posteriorum Vilnensium regantur, et certi constituantur in tota illa vicinia limites. Interea vero neutra pars alteri damnum inferat, aut litem, et difficultatem moveat, prout hæc privilegio prædicti divi antecessoris nostri continentur. Quumque tractus Dunæ sursum et deorsum limites inter Nos et ejus Illustritatem constituant, jus et æquitatis ratio postulat, ut medietate fluvii in piscando et aliis commoditatibus ejus Illustritas perpetuo gaudeat, quæque insulæ, sive mediamnes alteri parti viciniores sunt, apud eandem partem juxta privilegium divi Sigismundi Augusti maneant.

Monetæ etiam cudendæ facultatem, ut a prædicto divo antecessore nostro data est ejus Illustritati, confirmamus, et de integro concedimus, ad pondus et valorem communis Reipublicæ, et ut ejus promiscuus et indifferens usus sit, tam in Lithuania, quam in Livonia. Volumus attamen, ut ex una parte nostra effigies, vel insignia regni et Magni Ducatus Lithuaniæ, in altera

Illustritatis ejus exprimantur. Si quid porro Illustrati suæ vendendum, impignorandum, permutandumve fuerit, super hoc Illustritati ejus libertatem facultatemque concedimus, ut ante a divo prædecessore nostro concessum est, ita scilicet, ut ad nos, et Serenissimos successores nostros de eo primo loco referatur, Nobisque optio detur, si talem oppignorationem ipsi acceptare voluerimus, sin minus, tum id Illustritati ejus liceat, cui volet. Dabimus etiam operam secundum privilegium prædicti divi antecessoris nostri, quando ducatus Estoniæ cum civitate Revaliensi, vel transactione aliqua justa et nomini nostro honorifica, vel per alias rationes recuperabitur, ut Illustrati suæ æqua portio vel in bonis, vel pecunia concedatur, sumptibus in ea recuperatione factis, ante omnia refusis.

Denique ejus Illustritati jurisdictionem totalem, pro eo, ut privilegio divi Sigismundi Augusti continetur, juxta leges et consuetudines, moresque antiquos, confirmamus et de novo concedimus. Et illi qui ejus Illustritatis jurisdictioni subjecti, et ratione domiciliorum ejus subditi erunt et manebunt, ad suum tantum principem provocabunt, in causis tamen gravibus et maximi momenti, licebit equestri Ordini a principe suo ad conventum provincialem terrarum Livoniæ juxta veterem consuetudinem provocare. Caverat etiam divus Sigismundus Augustus, antecessor noster, quum ante sexennali bello, tam suæ Illustritatis, quam etiam nobilitatis Curoniensis vires exhaustæ essent, relaxata ut esset ejus Illustritas, et nobilitas ab onere belli, et ut hoc saltem præstarent et mitterent, quod commode pro modulo possent, alio autem tempore eandem habendam rationem, quam Illustris Domini ducis in Prussia: ita Nos et nunc pro hoc bello, copiis, de quibus Nobis cum ejus Illustritate convenit, contenti erimus

Postremo quum ejus Illustritas pernecessariis et justissimis de causis se ditioni atque imperio Serenissimi prædecessoris nostri, et successorum regnique, et Magni Ducatus Lithuaniæ subjecerit, extrema Magni Moschorum ducis injuria, vi, atque oppressione hostili impulsus, frustra per annos complures implorata Imperii Romani, atque imperatorum ope atque subsidio, jamque per longissimum temporis spatium veluti pro derelicto habita, sub ditione Poloniæ regum, antecessorum nostrorum, et nostra, nulla cum controversia permanserit, Nos quidem futurum non judicamus, ut ejus Illustritati eo nomine controversia aut molestia ulla afferatur: verumtamen si quæ allata fuerit, quæ cum labe aliqua nominis, aut aliquo detrimento conjuncta sit, Nos in eo regio nostro officio, quod in defendendis subditis nostris versari non ignoramus, minime defuturi sumus, quodque Serenissimos prædecessores nostros in causa Illustris quondam in Prussia ducis Alberti egisse intelligimus, agere minime prætermittemus, defensionemque contra hostem omnem, qualiscunque ille tandem fuerit, præstabimus, et successores nostri præstabunt.

Ipse vero Illustris dux, pro hac Serenissimi prædecessoris nostri, et nostra

in se benficia, quæcunque vasallus et feudalis princeps erga suum naturalem supremum et directum dominum fidelitatis, et observantiæ, servitiorumque officia et studia præstare tenetur, ejus Illustritas præstabit, et hæredes, posterique legitimi, in hoc feudo successores, præstabunt.

Nosque vicissim ejus Illustritatem et prædictos hæredes, omni patrocinio, amore et benevolentia boni regis et supremi directique domini complecti, et in juribus et privilegiis eorum conservare tenebimur, et successores nostri tenebuntur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium, præsentes literas manu nostra subscipsimus, et sigillis regni nostri, Magnique Ducatus Lithuaniæ muniri mandavimus. Datum in castris nostris ad flumen Dunam prope Drisnam, die quarta mensis augusti, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto. Præsentibus, Illustribus Magnificis, Venerabilibus et Generosis, Stephano duce de Zbaraz palatino Trocensi, Eustachio Wollowicz castellano Trocensi, Magni ducatus nostri Lithuaniæ vicecancellario, ac Brestensi, Cobrinensique, Andrea duce de Wiśniowiec Volhyniæ, Nicolao Mielecki a Mielec Podoliæ, regni nostri supremo exercituum præfecto, ac Novæ Civitatis Korczyn, Grodecensique, Nicolao Dorohostayski Polocensi, ac Wilkomiriensi Lepeliensique, Janusio duce de Zbaraz Braslaviensi, Krzemenecensique, palatinis, et capitaneis, Nicolao Talwosz Samogitiæ, Georgio Zienowicz Polocensi, Drisnensi, castellanis et capitaneis, Joanne Zamoyski de Zamoscie regni nostri cancellario, ac Belzensi, Knischinensi, Zamechensi nostro capitaneo, Nicolao Christophoro Radziwill duce in Olyka et Nieswież, Magni ducatus Lithuaniæ curiæ mareschalco, Joanne Demetrio Solikowski Vladislaviensi et Lanciciensi scholastico, Joanne Krasiński cantore Cracoviensi, Joanne Tarnowski Vladislaviensi, Crusviciensique præposito, Tidemano Gise jurisconsulto, Joanne Piotrowski Cracoviensi, Posnaniensique canonico, Alberto Baranowski, secretariis nostris, Venceslao Agrippa Magni Ducatus nostri Lithuaniæ jurato notario, Bernhardo Maciciowski curiæ nostræ regni Poloniæ vexillifero, Demetrio Halecki Magni ducatus nostri Lithuaniæ ensifero, aliisque quam plurimis dignitariis, officialibus, militum præfectis, rotmagistris nostris, ad præmissa testibus fide dignis. Datum per manus Illustris et Magnifici Joannis Zamoyski de Zamoscie regni nostri cancellarii, ac Belzensis, Knischinensis, Zamechensisque nostri capitanei, sincere nobis dilecti.

Stephanus Rex.

~~CIX~~ CXIX ~~CXII.~~

Spisanie armaty Połockiey za króla Stefana.

~~87. 80~~ ~~Ex mss Sapiehanis.~~
[Teka Naruszewicza Vol 87 Dok 80]

Dział 29 y hakownic 25, które działa sporządzone y oprawione, Wielmożny Imć Pan Sokoliński, kasztelan y surrogat Połocki, starosta Jezierzyski, sprowadzony do kwater nowo zbudowanych, y przystawiwszy puszkarzów do tych dział Kozarków, którzy w niżnim zamku mieszkaią, mianowicie opisawszy iak wielkie działa, y z iak wielkiemi kulami na którey kwaterze, podał Imć Panu Janowi Lisowskiemu, namiestnikowi Połockiemu.

1. W kwaterze nowo zbudowaney, kamieńmi y gliną fasowaney, przykrytey we dwa wierzchy nad niżnim zamkiem, nad rzeką Połotą, pięć dział w oknie postawione, dwa działa falkonety, do nich kula waży po 6 funtów, a dwa działa w wyższych oknach tamże postawione, do nich kula waży po dwa funty, a w trzeciey niżniey strzelbie w oknie niżniem działo piąte, do którego kula waży funtów dwa, z ładami y stęplami y z ładunkami, po trzy ładunki do każdego działa, y z kulami do każdego działa kul 102, y hakownic sześć z prochem gotowym w workach, y z kulami kop 1½, pod którą basztą izba z kleci postawiona boiarom dla żywności, do hakownic przystawionym, w którey żywność złożona.

2. W kwaterze ~~...~~ srzedniey nad Połotą, gliną y kamieńmi fasowaney, pokrytey, cztery działa także w oknach postawione, pierwsze działo falkonet, do niego kula waży funtów 6, drugie działo do którego kula waży funtów 4, a trzecie y czwarte działa, do których kule ważą po 2 ~~...~~ funty dobrey wagi, y osobliwie tamże w tey baszcie falkonet działo, do którego kula waży funtów 6, a iedno mnieysze z kulą funtów 2, złożone na brusach, których cynttochy wypaliły się, że się zagwintować nie mogły, z ładami y stęplami y z ładunkami po trzy ładunki do każdego działa, y z kulami, dla których kul schowania skrzynia z przegrodzeniem zrobiona, żeby się kule zamykały, w którey skrzyni kul do falkoneta ma bydź 30, a do drugich mnieyszych ma bydź 66, z zamkiem y kluczem, y hakownic czterey z prochem gotowym w workach, y z kulami, kopa iedna, pod którą kwaterą izba z kleci postawiona boiarom dla żywności, do hakownic przystawionym, w którey żywność złożona.

3. W kwaterze watowey nad Połotą w moszence dział pięć w oknach postawione, trzy falkonety do których kule ważą po 6 funtów, a czwarte działo mnieysze, do którego kula waży funtów 2 y pół, ~~...~~, a do piątego kula waży funt ieden y pół, z ładami, stęplami, y z ładunkami, do każdego działa po trzy ładunki, y z kulami do każdego działa 100, y hakownic trzy, a szmigownica czwarta z prochem gotowym w workach, y z kulami kopa iedna.

4. W baszcie za domem wiewódzkim nowo zbudowaney, we trzy drzewa pokrytey,

nad Połotą, w wierzchniey strzelbie działo niemałe, nowo oprawione y okowane z zagwintowanym cyntlochem, kula do niego waży funtów 4, z ładą, y stęplem y z ładunkami trzema, kul do niego ma bydź 30, hakownic cztery z prochem gotowym w workach, y z kulami kopa iedna.

5. W baszcie nowey nad ~~wyiściem~~ zuyściem Połoty rzeki w Dźwinę, za domem władyczynym, nowo zbudowaney, gliną fasowaney, cztery działa falkonety, do których kule ważą funtów 6, ieden falkonet przy wyżniey strzelbie w oknie zatoczony, a drugi falkonet w trzeciey niżniey strzelbie w niżniem oknie, a dwa działa osobliwie mnieysze tamże w niżniey strzelbie w bokowych oknach, kule do nich ważą po ~~[illegible]~~ 2 funty, z ładami, stęplami y ładunkami, po trzy [ładunki do każdego działa, kul ma bydź do każdego działa 72, y hakownic trzy z prochem gotowym w workach, z kulami, kopa 1½, pod którą basztą izba z klecią postawiona bojarom dla żywności do hakownic przystawionym.

6. W baszcie nowo zbudowaney za Połotą nad miastem, pokrytey, działo falkonet, do którego kula waży funtów 6, z ładą, stęplem, z ładunkami trzema, kul ma bydź do niego ~~[illegible]~~ 30, y hakownic dwie z prochem gotowym w workach, y z kulami, kopa iedna.

7. W baszcie nowo zbudowaney gliną fasowaney, pokrytey, przeciwko domu w zamku OO Jezuitów, y przeciwko collegium od miasta trzy działa, iedno działo falkonet w wyższem oknie postawione, do którego kula waży funtów 6, a drugie działo krótkie do kuli kamienney, albo do srutu, z komórką, a trzecie polne niemałe, do którego kula waży funtów ~~[illegible]~~ 1 y pół, z ładami, stęplami y z ładunkiem, do każdego działa po trzy ładunki, do których kul ma bydź 60, y hakownic cztery z prochem gotowym w workach, y z kulami, kopa iedna.

8. W samey bramie działko polne pod herbem s.p. króla Augusta, kula do niego waży więcey niżeli pół funta, z ładą, z stęplem y trzema ładunkami, kul ma bydź do tego działka 2, y hakownica iedna z prochem gotowym, y kulami, pół kopy.

9. W baszcie wysokiey nad miastem y nad niżnim zamkiem trzy działa, pierwsze działo w wyżniey strzelbie, w oknie postawione, wielkie działo falszlag z cyntlochem zagwintowanym, który cyntloch był bardzo wypalony, kula do niego waży funtów 12 dobrey wagi, a dwa działa w niżniey strzelbie, w niżnich oknach, kula do nich waży po funtów ~~[illegible]~~ 2 y pół, z ładami, z stęplami y ładunkami, po trzy ładunki do dwóch tylko mnieyszych, kul ma bydź do tych dział 21, y hakownic dwie z prochem gotowym w workach y z kulami, kopa iedna.

CXII.

Literæ Joannis Zamoyski, cancellarii regni, ad Rev. Joannem Andream Caligarium, nuntium apostolicum (1).

CXIII.

Juramentum fidelitatis a Gothardo duce Curlandiæ et Semigalliæ regi Stephano et regno Poloniæ præstitum.

Teka Naruszewicza ~~93~~ 87/26, Ex originali, quod archivo regni St. Aug. donavit.

Nos Gothardus Dei gratia Curlandiæ et Semigalliæ dux, notum facimus quorum interest scire, singulis et universis. Quod quum ad Serenissimum et potentissimum principem et Dominum, Dominum Stephanum Dei gratia Poloniæ Regem, Magnum Ducem Lithuaniæ in castra ejus Majestatis prope Drisnam ad Dunam flumen posita, homagii nostri præstandi et ab ejus Majestate investituram ducatus nostri accipiendi causa venissemus: Nos suæ Majestati die quarta augusti, anno Domini 1579, in castris homagium nostrum præstando, juramentum fidelitatis, hac ut sequitur forma de verbo ad verbum præstitisse. Ego Gothardus Curlandiæ et Semigalliæ dux juro Deo omnipotenti, quod fidelis ero omni tempore Serenissimo et potentissimo principi, Domino Stephano Dei gratia Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podlachiæ, Livoniæque, tanquam vero hæreditario et perpetuo meo terrarumque Livoniæ domino, ac Regno Poloniæ, Magnoque Ducatui Lithuaniæ, contra omnem hominem, nemine excepto. Quæ mihi secreta ejus Majestatis communicata, aut quoque modo concredita erunt, nemini neque verbo, neque ullo pacto pandam. In consilio nunquam ero, quo ejus Majestas, aut membrum aliquod amittat, aut in persona, honore, dignitate, dominiis, rebusque omnibus suis læsionem, vel damnum aliquod accipiat. Et si quod tale agi ab aliis intelligam, de eo ejus Majestatem cito et fideliter admonebo, et quod ad ea retinenda, conservanda et augenda a me poterit proficisci, summa

---

CXII. (1) W tym liście pisanym dnia 4 sierpnia z Dzisny, Jan Zamoyski dziękuje nuncyuszowi za nawrócenie żony z kalwińskiej na katolicką wiarę. Donosi o spaleniu zamków Moskiewskich Kosian i Krasne, od których odcięta Susza poddać się będzie musiała. Obacz ten list u Theinera, Annales Ecclesiastici, t. III, p. 70. Stało się jak Zamoyski przewidział. Po wzięciu Połocka, sam car Moskiewski kazał załodze z tego zamku ustąpić, zabrawszy z sobą lub zakopawszy obrazy świętych, żeby nie wpadły w ręce niewiernych. Załoga poddała się hetmanowi Mie-

fide curabo. Quod ad utilitatem et commodum Reipublicæ Regni Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuaniæ pertinebit, pro posse meo procurabo, quod vero contrarium, nocibile, damnosum esse et fore intelligam, quamprimum admonebo, atque omni diligentia præcavebo et avertam. Justitiam in Curlandiæ et Semigalliæ ducatibus omni homini diligenter administrabo. Sic me Deus adjuvet. Quæ omnia et singula verba nos jurasse, et conservaturos esse præsentibus literis nostris testamur, ac profitemur. In cujus rei fidem hasce manu nostra subscipsimus, et sigillo nostro curavimus sigillari. Datum in statione nostra ad castra ad flumen Dunam prope Drisnam, die quinta augusti, anno Domini 1579.

Gothardus.

---

leckiemu 6 [illegible]

CXIV.

Ulricus, dux Megalopolensis, ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. 111.

Quum inclite et Serenissime Rex, amice et vicine nobis charissime, literæ Serenitatis Vestræ, omni humanitate et benevolentia plenæ jam dudum nobis oblatæ sint, in quibus Serenitas Vestra nos ad instaurandum [jus] civitatum Vestræ Serenitatis Prutenicarum adhortatur, ut propter pacta majorum nostrorum cum Serenitatis Vestræ prædecessoribus in regno inita, internuntios earum ad societatem maritimarum civitatum Lubecam missos sine impetratione salvi conductus per nostras ditiones liberum reditum concedere, nec non obligationem ab aliquibus internuntiis ante biennium propter non petitum salvum conductum prestitam abolere velimus: nostrum est in hisce nostris responsionibus totius rei causam Serenitati Vestræ ita explanatam reddere, quo Serenitas Vestra eam non modo penitus perspiciat, sed et nos suspicione hac, quasi contra pacta et foedera majorum nostrorum aliquid fieri permiserimus, liberati esse videamur. Et quamvis contenta ejusmodi pactorum nos non lateant; tamen nihilominus Serenitati Vestræ notum facimus, antiquam quamdam, et ultra memoriam hominum usitatam a majoribus nostris, ad nos quoque protractam et devolutam fuisse, et adhuc esse consuetudinem, ut civitatum Prutenicarum internuntii Lubecam ad conventus Ansiaticos proficiscentes, salvum conductum a nobis, et nostris majoribus, ducibus Megapolensibus, tam pacis, quam belli temporibus petierint, quo per ditiones nostras eo tutius migrare ipsis fas esse possit, et ab omni periculo tuti esse possint. Et hoc non solum antiquitus etiam ante, verum quoque post pacta et foedera inita ita observatum esse, testantur multa exempla, quibus doceri potest, internuntios civitatum Gedanensis et aliarum ante quindecim lustra annorum majores nostros prædictos [illegible] salvo conductu etiam pacis tempore humiliter salutasse, neque inficiari quis potest, idem tam fratris nostri Joannis Alberti piæ memoriæ, quam nostro tempore, in simili [casu] quæsitum et factum. Quod autem ante biennium quidam ex internuntiis prædictarum civitatum contra hanc inveteratam consuetudinem, pro deformanda reputatione nostra, et in contemptum totius familiæ Megapolensis, superbe agere non erubuerint, hoc nobis pro conservanda reputatione nostra ulciscendum esse omnino existimavimus: proinde factum ut aliqui ex præfatis nuntiis in oppido nostro Bukow ad mandatum nostrum tam diu retenti sint, donec nobis de proposito et voluntate ipsorum certo constaret. Et quamvis ab aliquibus hæc ipsorum superba transgressio ex capite ignorantiæ defendi voluit; longe tamen aliud supplex scriptum Serenissimo regi Daniæ, filio et compatri nostro longe charissimo, traditum ostendit, nempe magis ex proposito in diminutionem reputationis nostræ, quam ex ignorantia factum. Dignitatem itaque nostram hoc in casu non immerito tuemur, quod et Serenitati Vestræ non displicebit, et abolitionem cautionis præstitæ tam diu suspendimus, donec pro hac injuria nobis [illegible] hac declaratione satisfiat: quicquid in petitione salvi conductus ab illis omissum, non in diminutionem auctoritatis nostræ, sed ex ignorantia peccatum esse, et certi quid de renovatione pactorum prædictorum statuatur. Interim Serenitas Vestra hoc de nobis sibi persuasum habeat, nos quum in conservandis antiquis pactis et confoederationibus, tum quoque in ejusmodi tuendis, et colenda mutua amicitia, omnem diligentiam adhibituros. Expectamus a Serenitate Vestra declarationem, qua ratione et modo ea iterum

renovari queant: et si in omnibus his, quæ ad dignitatem Serenitatis Vestræ conducere arbitramur, et ad colendam conservandamque vicinitatis nostræ amicitiam faciunt, aliquid poterimus nos constantem et amicissimum reperiet. Interim Serenitatem Vestram Dei Opt. Max. auxilio felicem esse optamus. Datum Gustrovii, die 6 augusti, anno 1579.

CXV.

Augustus Dux Saxoniæ ad Sacram Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska: coll. Faur. 6063, t. 1.

Serenissime Rex. Serenitati Vestræ salutem dicimus et operam nostram in omni officiorum genere paratissimam offerimus. Domine et affinis noster plurimum observande. Sæpe alias ad Serenitatem Regiam Vestram hujus argumenti literas mittimus, ne iis, qui nos rogant, aliquid de nostra amicitia imminutum esse ostendamus. At hoc tempore quum fortis et strenuus vir Thomas ab Embden a nobis peteret, ut causam suam Serenitati Regiæ Vestræ commendaremus, equidem id tanto studio et voluntate fecimus, ut, si nostra res esset, commendare eam Serenitati Regiæ Vestræ majore diligentia non possemus, non tantum ut clienti nostro, cui benigne cupimus, gratificemur, sed quod fidem, constantiam et merita in regnum Poloniæ ejus eximia etiam plus quam vulgarem commendationem postulare videantur. Quum enim constet illum laudatissimo principi, regi quondam Poloniæ, Sigismundo Augusto, piæ memoriæ, per multos annos operam, integritatem ac fortitudinem suam in re militari egregie probasse, ac deinde post ejus ex hac vita discessum inclyto Poloniæ regno et Serenitati Regiæ Vestræ cum laude sua ita militasse, ut vim atque impressionem immanissimorum hostium, suo loco fortissime resistendo, sustineret, et in rerum ad bellum necessariarum penuria, impendio omnium fortunarum, suam eam Reipublicæ partem, quæ amplissima erat, sublevaret, et ne omni penitus alio præsidio nudata collaberetur, quantum in ipso fuit, fulciret: Quis non fateatur illum Serenitatis Vestræ Regiæ benevolentia, nostraque commendatione, et omnium in universum ~~nium~~ bonorum studio atque favore dignissimum esse? Ita plane ut cui Serenitatis Regiæ Vestræ egregius, et omni virtutum genere præstans animus ~~amicus~~ perspectus est (omnibus autem cognitum et perspectum esse oportet), is omnino dubitare non possit, quin Serenitas Vestra Regia sua sponte Thomam hunc singulari voluntate prosecutura, et auctoritatem suam in hoc negotio ita sit interpositura, ut non tantum ad pecuniam sibi ex stipendiis promissis debitam, et regi in summas difficultates conjecto liberalissime creditam, ac in communem utilitatem versam, quam facillime et sine longiori mora perveniat, sed porro etiam ob fidem regno Poloniæ constantissime præstitam, ea quæ vivida meretur virtus præmia consequatur. Ac quamvis hæc omnia ejusmodi sint, ut per se valeant plurimum, nullumque pæne nostræ intercessioni locum relinquant; tamen more magis usitato, quam quod res sic postulet, ut Serenitas Regia Vestra ita fieri jubeat et mandet, atque clientem hunc nostrum ab omni incommodo ac detrimento integrum ac sincerum conservet,

vehementer etiam atque etiam officiose rogamus. Non tamen hoc conducet laudibus Serenitatis Vestræ Regiæ, quæ beneficio in hunc suo multis egregiis viris animum addet, ut cupidissime operam suam inclyto Poloniæ regno, si forte uti [ea] aliquando velit, navaturi sint, sed omnes etiam existimabunt Serenitatem Regiam Vestram justitia et æquitate sua erga eum usam esse, qui, ut videmus, ~~servetur~~ [consequetur] et Serenitatis Regiæ Vestræ favorem in primis, et omnium bonorum virorum studia ita promeruerit, ut si quid forte, quod tamen fieri non posse [existimamus], petitioni ejus negatum fuerit, id virtuti atque merito fortissimi militis detractum existimari possit (1). Benevaleat Serenitas Vestra Regia et rerum successu felicissimo perpetuo gaudeat. Ex arce nostra Annæburgense, 5 idus augusti, anno Domini 1579.

CXV. (1) Ten Tomasz von Embden, tak mocno polecony przez elektora Saskiego, został mianowany przez króla starostą w Rydze, i sprawował ten urząd podczas wyprawy do Pskowa roku 1581, i w czasie buntu z powodu zaprowadzenia nowego kalendarza 1585 roku.

CXVI.

Curlandiæ Dux ad Majestatem Regiam.

Biblioteka cesarska w Paryżu: Coll. Faur. 6063, t. 11.

Serenissime potentissimeque Rex, ac Domine, Domine clementissime.

Officiorum meorum fidelissima studia et obsequia, quanta possum prompti-
tudine, Sacræ Regiæ Majestati Vestræ humillime deferro. [Domine clementissime.
Quum in regressu meo ex Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ castris Nicasium usque
perrexissem, atque ibidem literas a capitaneo meo Selburgico de Moschici hostis,
me absente, rebus crudeliter gestis, molitionibusque etiamnum ~~provenientibus~~ præsentibus ad
me scriptas, et mihi quasi obviam missas reperissem, pro officii mei debito,
ea omnia ex ipso statim itinere ad Sacram Regiam Majestatem Vestram per-
scribere volui. Quorum quidem hæc erat summa: quod nimirum hostis ille, facta
repentina in ducatum meum impressione, post exercitam pro libidine multam
tyrannidem, tam cædibus, incendiis, rapinis, direptionibus, agrorumque et fru-
mentorum vastationibus, quam abductione hominum numerosa et nobilium,
aliorumque Germanici sanguinis et rusticæ plebis, inde vicissim in Transdu-
nanas partes versus arcem ~~Lemzel~~ ~~Sunzel~~ Sansel concesserit, parique per ea loca sævitia
grassando Ronneburgam usque inopiæ, vel, quod alii malunt, reficiendi exerci-
tus causa, et post ad obsidendam tertio Wendam progressus sit. Quod si ita
haberet, arx vero et civitas illa nec satis firmo præsidio munita, nec commea-
tu sufficienter instructa feratur, sane metuendum esset, ne quid forte in Rem-
publicam inde detrimenti redundaret. Posthac renuntiatur mihi commorari
adhuc millia aliquot ad fluvium Dunam prope arces Kokenhausen et Kreutz-
burgum, ut vel commeatum jam eo advehentibus præsto sint, vel per quam-
cunque occasionem inopinatis suis incursionibus, ducatui meo amplius in-
sidias struendo, majora damna et exitia inferant. Verendum enim est, ne
vel proxime hisce diebus recens aliquid tentaverint, vel antequam fines du-
catus mei attigero, denuo periculosi quid moliantur, conenturque, quod ta-
men hostis nefarium propositum Deus beneficus a nobis in propria ipsius
viscera, cum summa perpetuaque sui ignominia, convertere dignetur. Ma-
gistrum equitum, Wilhelmum Plater, hic Nicasii cum suis equitibus offendi,
et quemadmodum Sacra Regia Majestas Vestra ad humillimas preces meas
mihi permittere dignata est, apud me retinui, et mecum reducam, quamvis
multo labore illos eo adduxi, propterea quod Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ
speciale mandatum, de quo eis nuntiabam, nondum accepissent. Sacram
itaque Regiam Majestatem Vestram humillimis verbis iterum atque iterum
reverenter oro, ne hoc quod inevitabili necessitate coactus jam facere ausus sim,
indigne ferat, sed ut prædictis illis equitibus Sacræ Regiæ Majestatis Vestræ

mihi jam ante declarata clementissima voluntas (quo nomine eidem summas quas possum ago gratias) primo quoque tempore significetur. Neque enim dubito Sacram Regiam Majestatem Vestram aliogui eas inituram rationes, quibus communi saluti per Dei benignitatem prospiciatur. Ego quoque meam illi operam studiumque pro summa virium mearum facultate libenter conferam. Sacram ~~namque~~ Regiam Majestatem Vestram ~~quam~~ diu salvam ac superstitem conservandam divinæ protectioni fideliter commendo, humillima mea officia, fidem, operam [Regiæ Majestati Vestræ], atque adeo toti Reipublicæ semper testata esse cupio. Datum Nicasii ex itinere, 10 die augusti, anno 1579.

45½

Uniwersał Królewski do Senatorów z obozu, o zwołaniu sejmu przyszłego

CXVII.

Deliberatoriæ, quibus sententiæ de indicendo generali conventu a majoribus consiliariis exquiruntur, ex castris datæ.

Teka Naruszewicza 87. 27. Ex mss. arch St. Aug. regis.
in Arch. Princ. Czartorys. Mss. 310 n. 2.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.

Magnifice sincere Nobis dilecte. Dubium esse Nobis nullum potest, quin Sinc. V. memoria teneat, quid generalibus comitiis de hac belli expeditione, in qua hoc tempore versamur, auctoritate omnium regni nostri Magnique ducatus Lithuaniæ Ordinum constitutum sit, quamque necessarium visum adeoque decretum fuerit, ut ea sine longiore prorogatione hoc omnino anno susciperetur. Quum vero Nobis jam de principio magnitudinem gravitatemque susceptæ rei animo complectentibus dubitatio nulla esset, quin bellum cum hoste præpotente susceptum, qui per longissima finium spatia ditionibus nostris immineret, et a quo Nobis magnæ firmæque provinciæ superioribus temporibus Reipublicæ ereptæ, armis recuperandæ forent, plus virium nervorumque requiret, quam adhuc constitutum esset; Cracoviam ea de re senatores regni convocavimus, quum quidem planius jam perspiceretur, contributionem comitiis scitam, expectationi nostræ publicæque opinioni re ipsa non respondere. Quumque Cracoviæ constitutum esset, ut Grodnam nos conferremus, atque exploratis ibi Ordinum Magni nostri ducatus Lithuaniæ studiis dispiceremus, quid fieri gerique a Nobis, aut omnino non fieri posset; ac si Nobis Lithuaniæ Ordines extra ordinem commotione sua adesse vellent, ut belli expeditionem ex publicorum comitiorum decreto omnino administraremus, sin secus esset, generalem tum Ordinum omnium conventum indiceremus, Nos quidem Grodnam excurrimus, convocatis ad nostrum adventum Magni ducatus Lithuaniæ senatoribus: qua in convocatione quum præclarum omnium erga Nos communemque Rempublicam studium, magnaque operæ Nobis hoc bello navandæ promptitudo extitisset; et hostis nullam belli prorogationem, induciasve alias Nobis relinqueret, nisi quæ cum summa nominis nostri indignitate, maximoque Reipublicæ detrimento, Livoniam pulcherrimam uberrimamque provinciam regni Magnique ducatus Lithuaniæ membrum, una cum Curlandiæ ducatu, usque ad Samogitiæ fines Nobis eriperet: Nos pro comitiorum decreto toto jam animo, omnique conatu, in belli istius expeditionem incubuimus, ne ea re diutius ducta, contributio rei gerendæ decreta defendendis tantum ab hoste finibus, sine aliqua Reipublicæ utilitate consumeretur. Qua quidem de re statim regni nostri senatores per literas reddidimus certiores, omnesque ad studii et promptitudinis in adjuvandis Nobis similitudinem invitavimus, contractis vero exercitibus nostris, multa Nos diligensque deliberatio tenuit, quænam inprimis potissimumque

bello oppugnanda susciperemus, et demum quidem ex consilio omnium senatorum, qui Nobis aderant, multa diligentique deliberatione habita, eam in sententiam descendimus, ut ante omnia Polociam armis nostris tentandam arbitraremur. Quo quidem Nos plurimæ gravesque causæ adduxerunt: inprimis vero quod hanc arcem propinquo e loco cervicibus Lithuaniæ, atque adeo Vilnæ imminere videremus, ex qua hostis pro oblata occasione, summam haberet vexandæ Lithuaniæ, atque ipsius etiam civitatis Vilnensis intercipiendæ facultatem. Præterea quidem quod animadverteremus, nullo loco quam hoc ipso, neque hosti detrahi præsidium firmius, neque Nobis opportunius ullum ad arma nostra penitius in hostiles ditiones proferenda constitui posse. Non enim fieri posse experiendo brevi hoc in itinere didicimus, ut, in tanta et cœli inclementia, quæ maximi anni parte, aut acerrimis frigoribus, altissimisque nivibus, aut assiduis imbribus res gerenti infestissima est, et locorum vastitate, quum omnia prope, dum Moschus hæc obtinet, silvæ paludesque occuparint, Vilna quisquam penitius in Moschoviam exercitum ducat, sine gravi suorum, antequam in hostis conspectum veniat detrimento: quo quidem magis laborandum Nobis existimavimus, ut Polocia recuperata, quasi commodam aliquam sedem, domiciliumque opportunum expeditionum nostrarum reliqui in hunc hostem belli constitueremus, e quo quidem domicilio, et quasi officina, militem integrum, integris viribus, minore cum incommodo in hostem ducere possemus. Etsi vero Polociam et loco et opere firmiorem esse accepissemus, tamen vel hoc magis recentibus integrisque potius copiarum nostrarum viribus, et integro belli apparatu, quam serius iis attritis imminutisque tentandam judicavimus. Accessit et illud, quod in alia hostilium ditionum loca bellum transferre, Nos et longinquitas itinerum, et autumni propinquitas, et arcium hostilium frequentia, quæ omnis a tergo nobis relinquenda cum periculo fuisset, hoc tempore non siverint; ut consilium potius rectiusque quam Polociæ de principio oppugnandæ ex sententia senatorum nostrorum, aliorumque virorum militarium, atque harum regionum peritorum, nullum fuerit.

Quæ quum ita essent, Nos, invocata ope divina, cum exercitu nostro huc movimus, ac salvi, licet permagna ab assiduis imbribus, et vastitate locorum, difficultas itinerum esset, ad undecimum hujus mensis diem ad Polociam pervenimus. Interea a copiis quibusdam nostris, quas præmiseramus per excursiones, hostile præsidium tribus ex arcibus, Kosianna, Krasna et Sitna, dejectum, arx Kosianna et Sitna a nostris, Krasna paucis post diebus ab hoste incendio deletæ sunt. Postridie quam castra nostra propinquo ad Polociam loco metati essemus, civitatem et loci natura, et omni munitionis genere, fossa, aggere, muro varia materia densato, firmam, neque præsidio vacuam incendimus: mox propius arcem tribus diversis e locis munitiones militum nostrorum, quas portis et fossis hostilibus jam contiguas habemus, admovimus.

Arcem ipsam non tantum natura loci æquo in campo editi, et fluminis utriusque Dunæ et Polotæ complexu, verum etiam opere multiplici, et propugnaculis pluribus egregie munitam, permagno tormentorum numero, atque omni apparatu bellico instructam, præsidioque firmam esse videmus: in qua oppugnanda Nos adhuc cœli intemperies, assiduis pluviis infesta majorem in modum impedivit; quantum tamen adhiberi in ista temporum injuria operæ potuit, adhibitum quidem est, neque posthac quidquam prætermittetur, quod ad rem bene feliciterque gerendam poterit conferri.

Quum autem perspiciamus, expugnata etiam Polocia, ad recuperationem eorum, quæ superioribus temporibus amissa sunt, et ad conficiendam belli summam, arma Nobis diutius longiusque necessario circumferenda esse, eamque in rem vires nervosque in longius tempus, quam adhuc habemus, requiri; quum potissimum jam stipendia militi debeantur, quem Nos quidem cautionibus, aliisque modis ducimus, atque difficili expectatione tenemus: quum ea, tum aliis Reipublicæ causis, generali omnium regni nostri et Magni ducatus Lithuaniæ Ordinum conventu opus esse intelligimus, de quo quidem indicendo, conservato more majorum, senatorum nostrorum sententias exquirere Nobis visum est, eoque hasce nostras ad Sinc. Vestram literas mittimus, quibus eam hortamur, ut scire Nos sententiam judiciumque suum quanto ocius faciat, primum, quid Nobis in omnem eventus rationem faciendum existimet, quid redacta per Dei benignitatem arce hac in potestatem nostram, porro suspiciendum, quid agendum? si diuturnior oppugnatio requiratur, quid etiam si hoc loco successus expectationi studioque nostro non respondeatur; ad hæc etiam quod in tempus a Nobis conventum generalem omnium Reipublicæ Ordinum indici rectissime posse, indicet, qui quidem ut quamprimum indicatur, necessariæ Reipublicæ rationes requirunt, et de loco etsi quidem minus considerandum arbitramur, quod is lege definitus et Varsaviæ constitutus sit; tamen hoc statu rerum idemne, an vero aliud expedire Sinc. Vestra existimet, de eo Nos faciet certiores. Nos, perceptis senatorum sententiis, de hisce rebus constituemus, omniaque ita comparabimus, ut exercitus nostri, Nobis comitiorum causa in regnum excurrentibus atque aliquamdiu absentibus, rem tamen gerere non prætermittant, quod ut feliciter facturos Nos esse confidamus, quum causæ bonitas, cui deesse auxilio suo Deus tandem non solet, tum militum nostrorum præclara promptitudo, atque eximius animorum ardor, plurimum faciunt. Sinc. Vestram recte valere cupimus. Datum ex castris nostris ad Poloциam, die 16 augusti, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

Stephanus Rex.

CXVI

Ortografja dzisiejsza

~~CXVIII.~~

List Jego Królewskiey Mości przy dobywaniu Połocka do zamku Połockiego przez Pana Wojewodę Wileńskiego posłany.

[Z obozu pod Połockiem w Sierpniu 1579.] [Teka Naruszewicza ~~93~~ Vol 87 dok 28]

Sam Wielki Hospodar Stefan z łaski Bożey Król Polski, Wielki Kniaź Litewski, Ruski, Pruski, Żmudzki, Mazowiecki, Inflancki, Kniaź Siedmiogrodzki y innych państw y ziem Hospodar, wszystkim pospolicie y każdemu z osobna, duchownym, przełożonym y świeckim wszelakiego narodu y stanu, począwszy od większych do mnieyszych, w wyskach, w zamkach, w mieściech y w włościach, kniaziom, boiarom, duchownym, namiestnikom, woiewodom, dworzanom, głowom, dzieciem boiarskim, rotmistrzom y dziesiętnikom, urzędnikom, przykaźczykom horodowym y włostnym, y wszystkiemu pospólstwu w ziemiach Włodzimierskiey, Moskiewskiey, Nowogrodzkiey, Kazańskiey, Astrachańskiey, Pskowskiey, Smoleńskiey, Twerskiey, Jukorskiey, Permskiey, Wiatskiey, Bołharskiey, Połockiey, Starodubskiey, y wszystkiey Siewiery Czernichowskiey, Rozańskiey Rostowskiey, Jarosławskiey, Białozierskiey, Udorskiey, Obdorskiey, Kondyńskiey, y po innych ziemiach, zamkach y miastach Wielkiego Kniastwa Moskiewskiego, y które od państw naszych Korony Polskiey y Wielkiego Kniastwa Litewskiego niesprawiedliwie oderwane, y wszystkim ludziom przybytym Pieczyhorskim, Czerkas, Nahayskich, Kazańskich, Astrachańskich, y kozakom Dońskim, wszelakiego stanu, czynu y narodu na ten czas pod władnością y rozkazowaniem Wielkiego Kniazia Iwana Wasilewicza będącym, w wiadomość przywodzim, iż My żądając wszystkiego dobra y uspokoienia chrześciańskiego, osiadłszy stolicę państw naszych Królestwa Polskiego y Wielkiego Kniastwa Litewskiego, y innych państw ku nim należących, a widząc przyległość tych państw y graniczenie z ziemiami y państwy wzwyż mianowanemi, y uważywszy osobę Hospodara waszego, do nieyo przez posłańców naszych Jurgia Grudzieńskiego, a Lwa Bukowieckiego, pisaliśmy list nasz ku niemu, obwieszczaiąc iemu panowanie nasze, y pożądanie iednoczenia w dobrą przyiaźń, y porównanie dawnych złych nieprzyiaźni międzÿ temi państwy; on to u siebie za mało poważył, y posłańców naszych nieprzystoynie przyiął, co wam dumnym boiarom y przednieyszym ludziom nie tayno. Wiedźcie iż przez tych posłańców naszych gleyt swóy na posły nasze przysłał, y ubezpieczył Nas listem swym we wszystkich naszych państwach pokóy zachować do tego czasu, dokąd posły nasze o dobrey rzeczy namówią się. My za ubezpieczeniem pokoiu granicom państw naszych posłaliśmy do niego posłów naszych wielkich, woiewodę Mazowieckiego, starostę ~~P~~łockiego y Dobrzyńskiego, Pana Stanisława Kryskiego z Drobnina, woiewodę Mińskiego, Pana Mikołaia Pawłowicza Sapiehę, a podskarbiego dwornego W. X. Lit. Pana Teodora Skumina Tyszkiewicza, które to

posty nasze, będąc nie daleko granic ziemi Smoleńskiey, a osobliwie urzędniki nasze z ziemi Inflanckiey, dali nam znać, że Hospodar wasz złamawszy upewniony pokóy, woynę przeciw Nam podniósł, a z woyski swemi przyszedłszy w ziemię naszę Inflancką, zamki nasze posiadł, y ludzie narodu chrześciańskiego, poddanych naszych, mordował, ogniem y mieczem tę ziemię pustosząc, y krew niewinną bez litości przelewaiąc, y więźnie, które w ręce iego przychodzili, morduiąc, czego niegodzi się czynić wszelakiemu chrześcianinowi, nie tylko Hospodaru chrześciańskiemu, którym się on mieni bydź. My będąc żalem poruszeni z takowego postępku iego y rozlania krwie chrześciańskiey, iednakoż skwapnie na krwi przelanie nastąpić nie chcąc, posłom naszym rozkazaliśmy iść do niego, y napomnieć, aby się nam y poddanym naszym słusznie to nadgrodziło, iakoby na bolsze złe nie przychodziło. Ale y to napomnienie nasze w hardym takowym y przedsięwziętym umyśle chciwości iego nie uspokoiło, bo miasto pokoiu zastanowienia, o takową krzywdę naszę w ziemi Inflanckiey uczynioną z posły naszemi y mówić nie chciał, y sobie też ziemię opisuiąc, w liście swym tego dokładał, żebyśmy iemu odstąpili Kurlandzkiey ziemi y miasta Rygi, y inne zamki nasze na swą stronę opisał, a posłom naszym y wspomnieć w ich liście o ziemi Inflanckiey nie dopuścił, a prawie iakoby wyciskaiąc na nich, przymierze wedle woli swey opisował, a gdy Nam to posłowie nasi oznaymili, My ieszcze żałuiąc Chrześciaństwa, pisali do niego przez dworzanina naszego Piotra Haraburdę, aby y w oney ziemi Inflanckiey pokóy był zatrzyman, iakośmy to byli posłom naszym wielkim zlecili. Wszakże y takowe upomnienie nasze naymniey go nie poruszyło, y ku politowaniu rozlania krwi niewinney nie przywiodło, bo y tego posłańca naszego zatrzymawszy w ziemi swey mało niecały rok, tym czasem w ziemi Inflanckiey woyny nie przestawał, a zamku naszego Kiesi, który w liście swym poprzysiężonym zamkiem swym opisał, po dwakroć pod naszemi ludźmi dobywał: iakoż te niesprawiedliwości iawnie Pan Bóg nad nim pokazał, a woyska iego y wszystkę strzelbę z niemi w ręce ludzi naszych podał. Wszelako y to upornego przedsięwzięcia iego nie zatrzymało od pożądliwego umysłu iego, bo cośmy do niego pisali, aby uspokoienie chrześcianom stać się mogło, on na to wedle potrzeby Nam nie odpisuiąc, odpisał do Nas abyśmy list iego podstępnego przymierza poprzysięgli, co nigdy za przodków naszych nie bywało, aby nie na swym liście zaprzysiężenie czynił. A nadto ieszcze posły iego przyszedłszy przed nas w stołecznem mieście Krakowie, używaiąc głupiey hardości, ani listu od swego Pana dać, ani o zastanowieniu takowem, chociaż nieprzystoynem, wspominać, y nic u Nas sprawować nie chcieli, po kilkakroć będąc przez urzędniki nasze napomnieni, czyniąc to nie bez woli Pana swego ku wzgardzie maiestatu naszego, przy posłów wielu bytności, y cudzoziemskich postronnych ludzi: zaczem mogli bydź rozumieni za szpiegi, a nie posły. Wszakże od nas y państw naszych z przystoyną uczciwością wyprowadzeni, chociaż y przy bytności ich

w państwach naszych nie dotrzymał przymierza, y naiechał zaprzysiężone przez siebie granice W. X. Litewskiego, bo z zamku Uświata syny boiarskie y rotmistrz kozacki Dymitr Językow z bratem swym Alexandrem i z mnohymi kozakami przyszedłszy woyną na iezioro naszem Siesiecie poddanych naszych pobili, pomordowali, a innych w plon powiedli, y na innych mieyscach wiele uszkodzenia państwom y poddanym naszym z strony iego uczyniono: w czem bacząc My takową zatwardziałość serca iego, y umysł podstępny na krwi przelanie chrześciańskiey, położylismy y pokładamy nadzieię w miłosierdziu Bożem, że to co on wielu narodom y wam poddanym swym czynił y czyni, na niego samego obrócić, y narod chrześciański od krwi przelania y niewoli wyswobodzić raczy. A My wziąwszy na wspomożenie imię Jego święte, oznaymiwszy temu nieprzyiacielowi naszemu wszystkie takowe podstępności przez przodków iego państwom naszym, y iuż przez niego samego Nam z krwi przelaniem poddanych naszych pokazywane, wsiadłszy na koń nasz ciągniem przeciwko niemu z woyski naszemi, nie żądaiąc krwie rozlewać waszey poddanych iego, iako on naszym bezpiecznie czynił. Ale samego iego osobę chcąc w rychle widzieć, a krzywdy naszey y poddanych naszych na nim po woli Bożey dochodzić; y z niewolnego panowania, y od wolności oderwanych was lud Boży do swobód, praw, przy oświeceniu wiary narodom chrześciańskim od Boga wszechmogącego użyczonych przywrócić, y ze wszystkiemi narody państw naszych wszelaką uczciwością y w wolności porównać; dla tego wam wszystkim obywatelom ziem wyżey mianowanych od przednieyszego do naymnieyszego niechay to wiadomo będzie że wszystkim tym, którzy się woyskom naszym nie przeciwiąc, dobrowolnie się pod łaskę y panowanie nasze poddadzą, z zamki, miasty, y pomiesty swemi, tym na zdrowiu y na maiętności ubezpieczenia daiem, tym listem naszym upewniaiąc, że każdy wedle zakonu swego, wiary, dostoieństwa, w którym kto iest, w wolności, swobodach praw chrześciańskich, w łasce y baczeniu naszem podług zasług swych, także przy oyczyznach, y po mieyscach swych nieporuszenie zachowani będą, przymnażaiąc każdey uczciwości y dostoieństwa, iako kto godzien z domu narodu swego, y wedle pokazania wierności Nam Hospodaru, których, iako innych ziem Królestwu Polskiemu, y Wielkiemu Kniastwu Litewskiemu należących, chcemy od wszelakiey niebezpieczności, nie iedno woyski naszemi, ale y zdrowiem naszem szczycić, bronić y zastawiać się wszystkiemi siłami naszemi przeciw temu nieprzyiacielowi, który z przodków swych panowanie swe rozmnażał, nie iedno sąsiedzkich państw y narodów chrześciańskich nie litując, y pod zniewolenie przywodząc, ale też bardziey y krwi swoiey w równey wolności nie cierpiąc, co wam w większey wiadomości iest takowe panowanie, czego Bóg stworzyciel oddawcą każdemu śmiertelnemu będzie. I My przy woli y łasce Jego świętey, wszystko usiłowanie nasze z pomocą Jego świętą obracać na to, aby was oswobodzić, y wolności chrześciańskiey nadewszystkie inne obmyśliwać ustawicznie chcemy. A tym którzyby

pod panowanie nasze nie chcieli przystąpić, piszem w tymże liście naszym, aby takowe z zamków, ziem y miast wynosili się, a sami sobie przyczyną krwi rozlania nie stali się. Bo którzyby tego czynić nie chcieli, y woyskom naszym sprzeciwiali się, y zastanawiali, na tych plon, y srogość miecza przyjdzie, a Nas y rycerstwa woysk naszych winować nie mogą, gdyż przeciw sprawiedliwości staną się upornemi.

Stephanus Rex.

121½

CXIX.

Literæ summi Pontificis Gregorii XIII ad Stephanum Regem Poloniæ (1).

CXVII

CXX.

Drugi list Jego Królewskiey Mości do zamku Połockiego posłany.

Z oboru pod Połockiem 29 Sierpnia 1579 [Teka Naruszewicza ~~93. Ex mss. arch. St. Aug. regis.~~ vol 87 dok 29]

Wszystkim Głowom strzeleckim, setnikom, dziesiętnikom, y wszystkim strzelcom y ludziom pospolitym będącym w zamku strzeleckim mezkiego y żeńskiego pokolenia ten nasz list gleytowny daiem. Gdy iuż ogień y miecz ich obiązł, iednakoż My Hospodar chrześciański, nie chcąc krwie przelania ludu Bożego widzieć, daiemy im ten nasz list gleytowny, który się nazywa opasny, za którym przez wszystkie nasze woysko Polskie, Litewskie, Węgierskie y Niemieckie dobrowolnie przepuszczonymi bydź maią do ich Hospodara z żonami y z dziećmi, y z maiętnością, którą człowiek na sobie zanieść może, wyiąwszy zbroią y wszelką broń. A którzyby chcieli nam służyć, tym łaska y żałowanie nasze, iako y innym obywatelom Wielkiego Kniastwa Litewskiego ma bydź okazowana, wedle pierwszego listu naszego, który wam wszystkim był posłan, a wychodzić im z zamku dnia niniejszego sobotniego do południa, zamek otworzywszy ludziom naszym; a My wezłem zacnych ludzi, urzędników naszych, strzedz zdrowia ich, iakoby bezpieczno wynosili się, y iakby słowo y prawda nasza chrześciańskiego Hospodara w niczem im naruszona nie była, gdy wedle listu tego naszego sprzeciwiać się nie będą, który to list ręką naszą podpisawszy, pieczęć naszę Wielkiego Kniastwa Litewskiego przyłożyć rozkazaliśmy. Pisan pod ścianą zamku Połockiego, roku Bożego narodzenia 1579, miesiąca augusta 29 dnia.

Stephanus Rex.

CXVIII

~~CXXI.~~

Trzeci list Jego Królewskiey Mości oddany w zamku Połockim przy rokowaniu przez kasztelana Trockiego, zaczem zamek poddan.

Teka Naruszewicza ~~93. Ex mss. arch. St. Aug. regis.~~ 87, 30

[Arch. ~~Princip~~ Czartorys. Mss 310 p. 4.]

Sam Wielki Hospodar Stefan Bożą miłością Król Polski, Wielki Kniaź

(1) List ten z dnia 29 Sierpnia jest u Theinera: Annales Ecclesiastici, t. III, p. 62, i w coll. Faur. 6063, t. I. biblioteki cesarskiey w Paryżu.

Litewski, Ruski, Pruski, Żmuydzki, Mazowiecki, Inflancki, Kniaź Sieḋmiogrodzki: Władyce, boiarom y namiestnikom, woiewodom, głowom, dworzanom, dzieciom boiarskim y wszystkim w pospolitości na zamku Potockim będącym, Czerńcom y Bielcom męzkiego y żeńskiego pokolenia ten list nasz gleytowny daiem. Gdy iuż ogień ich osiągnął, y na srogość miecza przyszli, iednakoż My Hospodar chrześciański, nie chcąc krwi przelania ludu Bożego widzieć, daiem im ten nasz list gleytowny, który nazywa się opasny: którzy zechcą służyć, łaska y żałowanie nasze im będzie, a którzy zechcą do Hospodara swego iść, tych mamy zdrowo odpuścić, z żonami, z dziećmi y z czeladzią, ich za przystawy naszemi przez wszystkie woyska nasze Polskie, Litewskie, Węgierskie y Niemieckie. A iak przyidzie ten list nasz, tegoż czasu maią wszelaką broń odrzucić od siebie, albo odłożyć, a zamek od~~[illegible]~~wrzeć, y ludziom naszym podać: a ten list nasz ma im trwać y służyć, ieśli do trzeciey godziny w ten dzień zamek zdadzą, albo znaczne y zacne ludzie w tym czasie w zakładzie do nas poślą, który to list ręką naszą podpisawszy, pieczęć naszę Wielkiego Kniastwa Litewskiego przyłożyć rozkazaliśmy. Pisan pod ścianą zamku Połockiego, roku Bożego narodzenia 1579, miesiąca augusta 30 dnia.

Stephanus Rex.

CXXII.

Literæ universales de capta Polocia (1).

CXXIII. ~~Teka Naruszewicza 93.~~ ~~(1)~~

Legati magistri Ordinis Theutonici ad Dominum cancellarium.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Felici nos omnipotentis Dei clementia rerum nostrarum successu in terram hanc traducti, Generose ac Magnifice Domine, Tuæ Magnificentiæ inserviendi promptitudinem nostram deferentes, non committendum duximus, quum M. T. quem rerum nostrarum fautorem aliunde non obscure cognovisse videmur, ac promotorem fore certo speramus, de adventu et statione hac nostra certiorem redderemus, studiosissime rogantes, ut partes nostras, quoad res feret, fovendas tuendasque suscipere, Serenissimæ Regiæ Majestati, cui imis votis victoriam contra inhumanem et sævissimum Moschum ab Omnipotente jam antea efflagitantes, nunc ejus auspiciis de parta congratulamur, adventum hunc nostrum significare, et de meliori nota nos, nostrumque negotium commendare dignetur. Quod si a Tua Magnificentia id factum fuisse comperti fuerimus, eos nos, nostrumque Ordinem experietur, qui singulare exemplum gratitudinis statuere conentur, et de se prædicari velint. Vale, Deo, Martique gratus. Datum Drisnæ, die prima septembris, anno Domini 1579.

---

(1) Pismo to wydane w zamku Potockim ostatniego dnia sierpnia 1579 roku, F znajduje się u Pistoryusza, t. III, p. 115, u Gwagnina, u Theinera, Annales Ecclesiastici, t. III p. 70, tudzież w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. 1, p. 317.

F tegoż samego roku, było ogłoszone drukiem w Warszawie u Szarffenberga pod tytułem: Edictum Regium de supplicationibus ob captam Polociam porównaj dokument CI z tego roku.

CXXIV.

Dux Juliacensis ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, f. 11.

Serenissime Rex, Domine observandissime. Serenitatis Vestræ literæ Vilnæ die 26 mensis aprilis proxime præteriti ad nos datæ per dilectum nostrum fidelem Guilhelmum ab Efferen probe nobis sunt redditæ, quæ vel hoc nomine fuerunt perquam gratissimæ, quod singularem, adeoque paternam benevolentiam et sollicitudinem erga nos, nostramque filiam charissimam, in Prussia ducissam, iterum atque iterum testarentur: siquidem dici non potest, quantopere hoc ipsum animum nostrum, alioqui propter acerbissimum casum quum prædictæ filiæ nostræ, tum ejus amantissimi conjugis, in Prussia ducis, filii nostri dilectissimi, satis afflictum recreaverit. Et licet, uti ex Serenitatis Vestræ literis apparet, Illustrissimus princeps, Dominus Georgius Fridericus, marchio Brandeburgensis, cognatus et affinis noster charissimus, ad Serenitatis Vestræ postulationem alterutram præfecturam Risenbergensem aut Preuschmarcensem filiæ nostræ prædictæ ad vitæ ipsius tempora, prætextu exhausti, seu gravati ærarii, et quod jam ante suæ Illustritati ad omnem commoditatem et redituum amplitudinem satis prospectum esset, concedere atque permittere ab initio gravatur, eaque de causa apud Serenitatem Regiam se excusare conatus fuerit; attamen nihil dubitamus quin Serenitas Vestra id quod semel maturo judicio pro commodo, ac majori ornamento, et utilitate afflictæ filiæ nostræ constituit atque decrevit, pro regia sua potestate et auctoritate, apud prædictum Dominum marchionem tandem sit impetratura atque perfectura. Quocirca totum hoc negotium, adeoque filiam nostram Serenitati Vestræ humiliter commendamus, illud nobis omnino persuasum habentes, Serenitatem Vestram suæ Illustritati parentis loco fore et esse, ut cum nobis tot itineribus, tantoque intervallo disjuncta sit, minime tamen orbata esse videatur, vel dici possit.

Et quia prædictus noster fidelis ab Efferen certo nobis confirmavit Serenitatem Vestram insignem expeditionem adversus truculentissimum hostem, Moschoviæ principem, pro vindicandis injuriis et tyrannide, quum præclarissimo Poloniæ regno, tum etiam ducatui Lithuaniæ, ac Livoniæ multoties illatis, jam adornasse atque suscipere: certe de intimis præcordiis Deum Opt. Max. rogamus, ut tam regium, vereque pium, et toti christiano orbi salutarem conatum, bonis auspiciis coeptum, melioribus prosequi, Vestramque Serenitatem una cum toto exercitu, rebus feliciter gestis, incolumem reducere, et conservare clementer velit. Datum Dusseldorpii, die 10 mensis septembris, anno Domini 1579.

Serenitatis Vestræ paratissimus, Guilhelmus dux Juliæ, Clivorum ac Montium, comes Marchiæ et Ravensburgi, Dominus in Ravenstein.

CXXV.

Praescriptum legationis coram Sacra Regia Majestate in castris ad arcem Polocensem, die 11 septembris 1579 exposita per nuntios Magistri Teutonici Ordinis in scripto oblatum.

Teka Naruszewicza 93. 82. 85. Ex mss. St. Aug. regis.

Serenissime atque potentissime Rex, Domine clementissime. Ad Sacram Regiam Vestram Majestatem Illustris atque Reverendissimi equestris Ordinis Teutonicorum princeps, Dominus noster clementissimus, legatos nos nomine totius Ordinis mandatis instructos transmisit, hoc imprimis nobis injungens ut Sacrae Regiae Majestati omne suum obsequendi studium, addictumque animum deferremus, simulque omnium rerum felicem atque secundum successum, maxime vero insignem adversus Moschum victoriam precaremur. Nos etiam de parta in expugnatione castri hujus tanta victoria tantulo impendio congratulamur, et quid felicissime hactenus fecit Sacra Majestas, quam diutissime facere quoque possit, a Deo Opt. Max. votis omnibus contendimus. Literas fidei humillime offerentes, quas ut Regia Majestas clementer acceptare, nosque mandata insuper nostra explicantes audire dignetur, supplices rogamus.

Non dubitamus Sacrae Regiae Majestati relatum esse, quid inter Illustrissimum et Reverendissimum nostrum principem et Illustrem ac Generosum Dominum Joannem Chodkiewicz, comitem in Szklow, Mysz et Byszow, castellanum Vilnensem, piae memoriae, non modo nomine ejus partis Livoniae, quae regi Sigismundo, felicissimae recordationis, dum bellum inter Magistrum et Moschum opinione hominum anxius exarserat, in fidem atque clientelam certis conditionibus, jure hinc inde obligatorio data atque commissa; verum et alio quocunque modo adjecta, actum constitutumque fuerit, in cujus causae tractatu etiam haec illustris significatio principi nostro proposita, haud adeo alienum esse a Sacra Majestate, ut Livonia magnis ex causis sollicitanti Magistro, ejusdemque militiae adscriptis cederet, redderetur, pristinaque ejus disciplina revocaretur. Quam quidem regiae in Magistrum et militiam ipsius voluntatis magnam significationem humili et gratissimo animo agnoscunt. Ejusque rei gratia, ut primum fieri potuit, ad Regiam Majestatem legatos nos transmisit.

Noverit Sacra Regia Majestas Livoniam, dum annis abhinc plus minus trecentis et quinquaginta, sub manu et imperio Ordinis existerat, regno Poloniae ac Magno ducatui Lithuaniae, magno familiaritatis et vicinitatis jure, quasi finitima societate, conjunctissimam fuisse, viribusque et consilio junctis, facile eos sociis armis Moschum arcere finibus potuisse, donec à sponsione voti et ab religione oficii perfidi quidam, improbi et malitiosi, Magistro jam senio confecto Wilhelmo a Furstenberg,

Ordinis et militiæ sacramento astricti, nefaria perjuria declinantes et ab imperio Magistri foedo inobedientiæ scelere rebellantes, illud pestiferum et exitiosum bellum susceperint, quo facies totius provinciæ immutata et incredibili damno affecta fuit. Cujus quidem perfidiæ rumor, si vel citius Magni nostri magistri prædecessoribus innotuisset, vel nuntii ipsius, ut bellum intestinum sine ullo tumultu aut motu sedaretur, ablegati, jamque Lubecam progressi, non sceleratorum quorundam hominum malitia, ex Livonia illuc obviam illis ob id euntium, sedatam restinctamque totam controversiam falso persuasi fuissent, non dubium, quin omni malo intestino quam celerrime succursum, totus Livoniæ status, Dei Omnipotentis beneficio, nulla prorsus agitata mutatione, quietus et paratus, in hunc usque diem perdurasset.

Ex hisce ergo non modo dictis, magnis et justis quidem, sed et gravioribus causis humiliter rogamus Ordinem æquis et tolerabilibus conditionibus in Livoniæ partibus restitui et in pristinam ditionem reduci.

Quod si factum fuerit, non modo Illustrissimus princeps noster Livones adversus omnem vim, atque impetum Moschorum, pro virili communibus armis sociisque copiis, quoties usus exiget, tueri atque defendere, verum et avulsas, abstractasque partes, recuperare sataget, omnibusque aliis conditionibus constanter manebit.

Qua restitutione insitum generosæ virtutis nomen et famam, quam latissime extendet Regia Majestas, omnem germanicæ nobilitatis florem in sui amorem et obsequium æternis laudibus trahet, nec denique Magistro, totique Ordini hujus regii beneficii memoriam ulla unquam delebit oblivio (1).

CXXV. (1) Zygmunt August przyłączył dobrowolnie poddające mu się Inflanty pomimo, jak wiadomo, zdania panów Koronnych, a nawet i Litewskich, którzy przewidując znaczne nakłady na obronę tego kraju przeciw napaści Moskiewskiej, a mając jakby wrodzony i nieprzełamany wstręt od podatków na utrzymanie wojska, z którego Polacy nigdy otrząsnąć się nie mogli, niemiłem okiem na ten nabytek poglądali. Jakoż kiedy potrzeba było ze znacznemi siłami wystąpić w jego obronie, przychodziły różnym osobom różne myśli do głowy, jakby się odczepić od Inflant, zrzucić z siebie ten ciężar, choćby z uszczerbkiem dobra, bezpieczeństwa i honoru narodowego. I tak zaraz na początku panowania Stefana Batorego, kiedy król roztargniony buntem Gdańska, nie mógł Inflant ratować, przyszło na myśl Radziwiłłowi, wojewodzie Wileńskiemu, namówić Adolfa, xięcia Holsztyńskiego, iżby się o wzięcie w lenność ziemi Inflanckiej u króla starał, z obowiązkiem bronienia jej przeciw Moskwie. Ze swej strony Jan Chodkiewicz, starosta Żmudzki a kasztelan Wileński, Inflant wielkorządca, czynił nadzieję mistrzowi Henrykowi i rycerstwu zakonu krzyżackiego w Niemczech, dostania temże prawem Inflant od króla. Ztąd to poselstwo od mistrza do króla. Gdyby to żądanie przyszło do skutku, byłoby to coś podobnego do sprowadzenia przez Polaków Niemców do Prus na początku XIII wieku. Król chcąc się pozbyć tego poselstwa, odpowiedział, że na to trzeba zezwolenia sejmu, a nawiasem nadmienił o pożyczce pewnej summy od mistrza krzyżackiego na obronę Inflant. Ale kiedy posłowie oświadczyli, że nie mieli o tem nic w poleceniu od swego pana, a w Warszawie domagali się odpowiedzi, z niczem odprawieni zostali. Heidenstein, Albertrandi.

CXXVI.

Literæ Stephani regis Poloniæ ad Joannem Andream Caligarium, nuntium apostolicum.

CXXVII.

Literæ Joannis Andreæ Caligarii, nuntii apostolici, ad Stephanum regem Poloniæ (1).

(1) Oba te listy, pierwszy z obozu pod ~~Stoł~~ Połockiem, drugi z Wilna, 15 września pisane, są u Theinera, Annales Ecclesiastici, t. III, p. 72. Król donosi nuncyuszowi o wzięciu Połocka, nuncyusz winszuje królowi zwycięztwa, i dziękuje za założone kollegium Jezuitów w Połocku.

CXXVIII.

Literæ universales de captis arcibus, Turovla et Socola, nec non de indicendis comitiis generalibus Varsaviæ ad diem 22 novembris, ejusdem anni (1).

CXXVIII.

(1). Ten uniwersał umieszczony jest w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. 1, p. 320; lecz że pod koniec różni się, co do spraw Pruskich, od uniwersału z tegoż dnia znajdującego się w Tece Naruszewicza, dajemy tego ostatniego zakończenie.

Præterea quum meminerimus, varias Terrarum nostrarum Prussiæ querelas existere de jurium suorum violatione, Nobis vero nihil tam optabile sit, quam ut subditi nostri querelis omnibus vacent, atque inter se charitate potius, mutuisque officiis contendant, quam offensis locum ullum relinquant; faciendum existimavimus, ut ea de re istis comitiis ad Ordines omnes referatur, atque opera detur, ut finis aliquis tandem istiusmodi querelis afferri possit, quam ad rem, Nos, omne regii nostri muneris studium libenter conferemus, dummodo earum Terrarum Ordines mature frequentesque ad comitia veniant, et perspicue quid desiderent exponant, animosque ad æquitatem propensos adferant. Monendum vero Fidelitates Vestras de eo quoque judicavimus, ut qui in bello hoc tempore contra hostem versantur, aut in posterum contra eumdem versaturi sint, i tam dalej, jak w uniwersale w Relacyach umieszczonym. Quæ quum ita sint, hortamur Fidelitates Vestras, ut cognita hac nostra de comitiis generalibus conclusione, ea quæ a Nobis proposita sunt, cum civibus suis communicent, sua consilia, quum ad publicam utilitatem, tum maxime suorum securitatem et utilitatem conferant, et ut conferantur a suis civibus elaborent, denique et ad Terrarum Prussiæ conventum, quem ad diem sextam novembris Graudenti indicimus, tum ad ipsa Reipublicæ comitia, viros quam maxime idoneos, usuque rerum præstantes mittant plena cum facultate ad concludendum cum aliis, quæ ad Reipublicæ necessitatem utilitatemque pertinebunt. His de rebus Fidelitates Vestras certiores reddere volumus, quas pro officio suo curæ sibi habebunt. Datum Braslaviæ, die 26 ~~septima~~ septembris, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

Vladislaviæ w Relacyach zamiast Braslaviæ, jest widocznym błędem.

CXXIX.

Rerum post captam Polociam contra Moscum gestarum narratio (1).

CXXIX.)

(1). W piśmie tem opisano wzięcie Turowli, Sokoła, poddanie się Suszy, wyprawę Filona Kmity, starosty Orszańskiego, pod Smoleńsk, Konstantego xięcia Ostrogskiego z synem Januszem i Michałem Wiszniowieckim, kasztelanem Bracławskim, pod Czernichów, Starodub, Radohost, Poczapów, Jana xięcia Sołomireckiego pod Jarosław. Jest u Pistoriusza t. III, p. 123, u Gwagnina, tudzież w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. 1, p. 324.

CXXX.

Joannes Andreas Caligarius, nuntius apostolicus, ad Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Gratias ago Domino Deo nostro, qui me non falsum vatem esse sinit, victoriasque victoriis cumulat, et S. Regiam Majestatem Vestram pro sua in eum et sanctam religionem catholicam pietate, novis semper atque illustrioribus beneficiis ornat. Quod quum mihi maximo argumento sit earum, quæ iis consecuturæ sunt, victoriarum, eo impensius magisque ex animo gratulor S. Regiæ Majestati Vestræ et apostolico, et meo etiam privato nomine, cupioque et spero gaudium hoc illi solidum, perpetuumque fore. Pro meo autem in S. Regiam Majestatem Vestram singulari studio, allato nuntio hoc, de Serenissimæ reginæ, conjugis suæ, consilio, publice in ecclesiis hujus civitatis Te Deum laudamus cantari jussi, et ut idem Cracoviæ fieret, sedulo operam dedi: hoc enim sicuti ad Dei gloriam primum referri debet, ita etiam ad famam nominis S. Regiæ Majestatis Vestræ nonnihil pertinere arbitror, ut continuo evulgetur; nam et præterea id commodi afferet, ut parum ardentes in bellum animi hoc veluti quodam militari signo dato, ad decus bellicum vehementius multo accendantur, et mirabiliter inflammentur. Quodcumque S. Regia Majestas Vestra a Sanctissimo Domino Nostro petere voluerit, id ut semper libere, et quasi pro suo jure faciat Majestas Vestra, summa Sanctitatis suæ in ipsam benevolentia satis persuadere potest. Non dubito autem quin de suffraganeo Vilnensi dispensationem ad canonicatum in cathedrali Vilnensi, si preces atque auctoritas Majestatis Vestræ accesserint, a Sanctitate sua impetratura sit. Nihil est quod ego nunc malim quam primo quoque tempore ex his laqueis me expedire, atque ad S. Regiam Majestatem Vestram gratulatum venire, et tanquam gloriosum militem post victoriam subsidio accurrere. Datum Varsaviæ, ~~Varsaviæ~~ ~~Vilnæ~~, die 28 septembris (1), anno Domini 1579.

CXXX.)

(1) List ten w zbiorze Faura z mylną datą 28 marca, tuśmy przenieśli; bo najwcześniej w miesiącu wrześniu można było winszować królowi odniesionych w tym roku nad Moskwą zwycięztw, i śpiewać Te Deum laudamus (kiedy Połock wzięty został ostatniego sierpnia).

CXXXI.

Dux in Prussia ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Serenissime Rex, potentissime princeps, affinis charissime et summopere observande. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ, delata officiorum promptitudine, ex intimis precor prosperrima et optima quæque, Serenissime Rex, Domine clementissime. Penes me dubium omnino nullum est, Regiam Majestatem Vestram, a Regiæ Majestatis Vestræ ministris, quibus hoc ad S. R. Majestatem Vestram referendum diligenter commisi, satis superque cognovisse, qua ratione superiori verno tempore præterito ex ducatus Prutenici ditionibus discesserim. Tunc autem plane decreveram, me non longius iter suscepturum, quam Dresdam versus, illic etenim paternarum mearum ~~Franciæ~~ [Franconiæ] orientalis provinciarum consiliariss quosdam gravissimis de causis, tam meam, quam meorum subditorum salutem concernentibus, convocaram, ea prorsus intentione, ut quamprimum negotiis necessariis illic confectis, inde confestim me rursus in Borussiam reciperem. Hujus mei propositi illuc impellentis causæ satis arduæ tunc fuere, expeditiones bellicæ contra Moschovitam, hostem regionum undequaque circumjacentium, atque confinium hæreditarium, in dies suscipiendæ, ut regionibus Prutenicis tunc præsens adessem. Quandoquidem vero et inter alia tum temporis meorum consanguineorum et amicorum opera atque benevolentia, qua me complectuntur, singulari, matrimonium, divina sic disponente clementia, fuerit oblatum, Dei Opt. Max. ordinationi, et consanguineis bene monentibus, merito obtemperandum esse plane censui, et ex perantiqua familia Luneburgiaci et Brunsvicensis stemmatis ortam et prognatam, Guilhelmi, inclyti ducis atque patris, filiam thori sociam rursus ascivi. Quæ res me vel invitum ad hæreditarias meas provincias pertraxit, et in earum ingressu plurimorum gravissimorum negotiorum cumulum mihi in primis his turbulentis et sat inquietis temporibus obtrusit. Et quamvis omni contentione in eorum expeditione laboraverim, attamen nullum eorum finem hactenus assequi potui, adeo ut in summis adhuc expediundis verser: nihilominus ita me re ipsa quotidie præparo, ut, absolutis his, propediem terras et regiones Prutenicas rursus, et quam celerrime, quoad fieri poterit, ingrediar. Interim meo loco justitiæ Reipublicæ regiminis, et aliarum rerum gubernacula et officia sustinentibus graviter injunxi, ut in omnium administratione diligentes sint et assiduæ, ne quicquam me absente in se desiderari in expediundis omnibus patiantur.

Porro quum non tam rumoribus, quam certis et fide dignis literis ad me sit perlatum, Regiam Vestram Majestatem expeditionem hactenus tractatum, nunc re ipsa contra tyrannum Moschum suscepisse, copiis suis militaribus Polockum appulisse et obsidione cinxisse, plane nuntium mihi fuit perjucundum et pergratum (1). Opto simul et precor veris votis ~~ut~~ Regiæ Vestræ Majestati, ut Deus Opt. Max. sua divina potentia Regiæ Vestræ Majestatis conatus laudabiles, salutares, et christiano rege perdignos fortunet, ac clementer foveat et provehat, ut inprimis ad divini nominis gloriam et honorem propagandum, quum ad Regiæ Vestræ Majestatis propriam dignitatem et amplitudinem, tum laudatissimi Poloniæ regni omnium et singulorum ordinum laudes immortales, denique confinium regnorum et provinciarum singularum illi conjuncta-

CXXXI. (1) Połock był wzięty 30 sierpnia. Anszpach piszący do króla z środka Niemiec dnia pierwszego października, jeszcze o tem nic wiedział.

rum ~~laudes immortales~~ protectionem, augmentum et incrementum spectet, ut hostis potentis vires infringat, ejus tyrannidem pedibus suis plane conculcet, atque adeo felix victor, et augustus triumphator evadat. Nec dubito, quin Regiæ Majestati Vestræ, usu rerum bellicarum, solertia et singulari industria edoctæ, Deus Opt. Max. sit adjuturus potenti dextra sua, ut salutaria Dei Ecclesiæ, Reipublicæ, patriæ, et toti coetui christiano fortiter et feliciter peragat.

Quare quum Regiæ Vestræ Majestatis incolumitate nihil mihi sit charius, precor Regiam Vestram Majestatem, ut vel ipsa de statu suo, et rebus bellicis, earumque successu, si res ita ferant, vel per rei militaris consiliarios suos, aut alios idoneos, haud gravatim certiorem me reddat, ut si divina annuente clementia (quod maxime exopto) felicem rerum bellicarum successum Regia Vestra Majestas consecuta fuerit, me paratum habeat, qui Regiæ Vestræ Majestati ob partam sudore victoriam gratulari queam. Itaque relictis meis consiliariis, gubernationi Prutenicæ nunc præsentibus, jam pridem mandavi, ut quam celerrime, si quid literarum a Regia Majestate Vestra ad me spectantium illis afferatur, per dispositos tabellarios ad me mittant.

Insuper si tyranni hujus ferocissimi conatus ex sententia (quod Deus Opt. Max. clementer avertat) processerint, adeo ut provinciis conterminis irruptiones et vastationes sint pertimescendæ, Prutenicis meis ditionibus jamdudum injunxi, ut quovis inprimis necessitatis ingruentis momento armis parati sint, in limitibus, ad hostis irruptiones reprimendas. Denique eam plane de Regia Majestate Vestra conjicio spem, si quid periculi ducatui meo Prutenico ab hoste feroci sit metuendum, Regiam Majestatem Vestram quam primum me certiorem facturam, et imminentia incommoda suo conatu fortiter simul repressuram.

Quare ut finem scribendi imponam, et Sacræ Regiæ Vestræ Majestati gravissimis bellicis expeditionibus jam distentæ non amplius molestus sim, oro Regiam Vestram Majestatem, ut in posterum clementi sua benevolentia me prosequatur, et sibi fideliter me meosque subditos commendatos habeat. His divinæ protectioni Regiam Vestram Majestatem et omnes bellicos successus commendo. Datum Onoltzbachii, calendis octobris, anno 1579.

CXXXII.

Rudolpho Secundo Romanorum Imperatori

Bibl. cesarska w Paryżu: col. Faur. 6063, t. I.

Serenissimo et excellentissimo Principi, Domino Rudolpho Secundo, divina favente clementia, electo Romanorum Imperatori, semper augusto, etc. amico, vicino et affini nostro charissimo, Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, etc, salutem ac mutuam benevolentiam.

Serenissime ac excellentissime Princeps, Domine, amice et affinis charissime. Redditæ sunt Nobis Majestatis Vestræ literæ, quibus studium gratum sibi esse ostendit, quo Nos in cautionibus Generosi Georgii a Braun atque ejus sponsorum obligationibus usque ad Majestatis Vestræ oratoris ad Nos adventum differendis usi sumus. Nos sane ea in re Majestati Vestræ quam libenter gratificati sumus, et posse de ea causa quamprimum plenius agi judicavimus, quod Majestatis Vestræ oratorem Nos hoc loco ex nostra expeditione bellica Dei benignitate feliciter reversuros visuros esse existimaremus. Sed quum ad comitia regni nostri, ad quæ propediem excurremus, venturum arbitremur, eadem qua ante animi nostri facilitate ac promptitudine efficiemus, ut porro etiam eo usque temporis illarum obligationum ratio, qua se Braunii prædes obstrinxerunt, defferatur. Qua in re atque adeo ceteris omnibus, ut Nos amicitiæ et vicinitatis conjunctioni satisfacere studemus, ita mutua animi voluntate a Majestate Vestra Nobis responsum iri judicamus. Quam bene feliciterque valere exoptamus. Datum Vilnæ, die 8 octobris, anno Domini 1579, regni nostri anno quarto.

CXXXIII.

Stephanus rex Poloniæ Martino Cromero, episcopo Varmiensi.

Teka Naruszewicza ~~93~~ 87. 38. Ex arch. capit. Varm.

Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Mittimus ~~Serenitati~~ Sinceritati Vestræ diploma, quo et episcopatum Varmiensem Sinceritati Vestræ approbamus, et regni nostri, præsertim Terrarum Prussiæ Ordinibus id declaramus. Non visum est autem Nobis, ut aliquid amplius de salvis Terrarum Prussiæ juribus addamus, quum propter dignitatem nostram, quam nulla conditione, extra ullam necessitatem obligari volumus, tum ne quid de jure nostro ac regni, quod et Serenissimus antecessor noster salvum sibi esse voluit, diminuamus. Quod si quis existat, qui huic rei ex Terris illis contradicat, Nos sciat, si justa proponet, non gravatim esse suo loco audituros, et cognituros.

Cetera ex prioribus literis nostris Sinceritas Vestra intelligit. Bene valeat. Datum Vilnæ, die 8 mensis octobris, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

Stephanus Rex.

CXXXIV.

Diploma, quo prohibetur, ne quisquam Psalterium Polonicum Joannis Kochanowski imprimere sine illius scitu audeat.

87, 39 Ex actis metr. regni.
Lib 92 Lit XV f 228

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Significamus etc. Daturus est sub prælum nobilis Joannes Kochanowski quum alia quædam sua opuscula lingua vernacula conscripta, tum Davidis Psalterium in sermonem polonicum recens a se conversum. Quoniam autem copia exemplorum, quorum ille certum numerum tantum in vulgas edere statuit, viam sibi ad castiganda sua scripta nollet intercludi; supplicavit Nobis, ut hoc suum consilium benignitate nostra promoveremus, et impedimentis, quæ id moratura viderentur, clementer obviam iremus. Quod nos quum ad bonarum artium profectum pertinere judicaremus, ejus petitioni libenter subscripsimus, denuntiamusque omnibus in regno et dominiis nostris impressoribus et bibliopolis, ut a recudendis quum ceteris Joannis Kochanowski operibus, tum a Psalterio, authore prius non requisito, omnino abstineant, neque recusum a quoquam per regnum nostrum ullo pacto distrahere audeant. Qui vero secus fecerit, præter librorum omnium jacturam mille insuper marcarum pecuniæ fisco nostro applicandarum pœna multabitur. Cujus rei fides ut constet, literas hasce signo et manu nostra communivimus. Datum Vilnæ, die octava mensis octobris, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

Stephanus Rex.

CXXXV.

Joanni Kochanowski tribunatus Sandomiriensis confer~~it~~tur.

87 40 Ex actis metr. regni.
Lib ~~XXI~~ 92 Lit XV f 230

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Significamus nostris hisce literis ~~nostris~~ universis et singulis quorum interest. Quod quum propter erectionem Generosi Andreæ Gołuchowski ad Sandomiriensem succamerariatum,

officium, quod ille gessit, tribunatus Sandomiriensis, transferendum Nobis esset ad alium quempiam, existimavimus habendam Nobis esse in eo conferendo praecipuam Generosi Joannis Kochanowski de Czarnylas rationem. Hoc etenim ejus multae praeclarissimae virtutes, hoc merita erga Rempublicam, hoc denique nobilissimum atque praestans ingenium et doctrina singularis a Nobis videbantur exposcere, atque tacite etiam quodammodo flagitare, ut quemadmodum ille patriae monumentis sui ingenii est et ornamento et usui, ita vicissim ipse ejusdem patriae ornamentis augeatur et cohonestetur. Quapropter hoc ipsum tribunatus officium, quod ad ejus ingenium et vitae instituta maxime esse accommodatum videremus, illi conferendum esse duximus, atque literis hisce nostris conferimus, damusque, et concedimus cum omnibus illius praerogativis ac reditibus, quibus omnes ante eum tribuni sunt usi, ad vitae ejus extrema tempora, sive majoris alterius cujuspiam officii aut dignitatis assecutionem. De qua quidem ejus muneris collatione nostra omnibus in universum dignitariis, officialibus ac Ordinis equestris in palatinatu Sandomiriensi hominibus, ceterisque, quorum intersit, constare volumus, mandantes omnibus suprascriptis, ut praenominatum Joannem Kochanowski pro legitimo tribuno Sandomiriensi habeant, ipsique de loco, juribus, et praerogativis omnibus et proventibus ad officium hosce secundum receptam consuetudinem pertinentibus respondeant, responderique ab iis, quorum interest, faciant. In cujus rei fidem hasce manu nostra subscripsimus. Datum Vilnae, die nona mensis octobris, anno Domini 1579, regni vero nostri anno quarto.

Stephanus Rex.

16

CXXXVI.

Rex Daniæ ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. III.

Fridericus secundus Dei gratia Daniæ, Norvegiæ, etc. Rex, Serenissimo principi, Domino Stephano, Regi Poloniæ, etc. amico et vicino nostro charissimo, salutem et continuum felicitatis incrementum.

Serenissime princeps, amice et vicine charissime. Commendata est Nobis virtus et fortitudo in rebus bellicis nobilis Livoniensis, ac inprimis Nobis dilecti, Othonis Uxelii, antequam Nobis suam addixit operam: ideoque ipsi inter reliquos nostros stipendiarios magistri equitum honestum tribuimus locum. Et quoniam Deus summus Nobis, nostrisque regnis hucusque concesserit pacem, ideoque ipsius opera Nobis in militia non fuerit usui, est a Nobis relatus inter præcipuos nobiles, cui cura nostri corporis quotidie committitur: in quo etiam officio se honeste, et priori commendatione, quam sibi conciliarat, dignum gessit. Interea vero, quum ad rei militaris exercitium aspiraret, dedimus ei veniam, ut fortunam suam in Belgico experiretur, ubi suæ antea celebratæ virtutis ac fortitudinis testimonium præclare vixit. Jam vero quia compertum habeat, Serenitatem Vestram sumpsisse contra hostem suum Moschum expeditionem, nihil magis in optatis habuit, quam ut ea in re Serenitati Vestræ suam posset navare operam, præsertim quum Serenitas Vestra simul pro Livonia, quæ ipsi est patria, gereret bellum: id ubi in eo animadvertissemus, facile sumus adducti promittere, ne ejus obligatio, qua Nobis fuit obstrictus, ea in re ipsi esset impedimento. Voluimus autem inprimis et Serenitati Vestræ hunc virum hisce commendare, et simul ab ea petere peramanter, ut eum istorum, quibus Serenitatis Vestræ personæ ac corporis commissa est præcipua cura, dignetur (habere) loco et numero, ac ut ipsi præ aliis aliquam assignet prærogativam, quo ex hac nostra commendatione, ac sua virtute, quam antea aliis testatam fecit, aliquem fructum uberiorem capere posset. Nobis ex iis, quæ antea in ipso sumus experti, de eo pollicemur, illum in posterum hoc de se editum testimonium actionibus contrariis nullo modo esse obscuraturum, sed multo magis apud Serenitatem Vestram, et omnes alios integrum conservaturum, vel potius etiam amplificaturum. In eo faciet Nobis Serenitas Vestra rem gratam, et si Nobis fuerit oblata occasio, sumus eundem animum nostrum benevolum Serenitati Vestræ re ipsa declaraturi. Datum ex arce nostra regia Goldingensi, die 16 octobris, anno 1579.

CXXXVII.

Dux in Prussia ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Serenissime Rex, potentissime princeps, affinis charissime et summopere observande. Serenissimæ Regiæ Majestati Vestræ, delata officiorum promptitudine, ex intimis precor prosperrima et optima quoque. Serenissime Rex, Domine clementissime. Literas, quas superioribus diebus ad ~~Sacram Regiam~~ Serenissimam Regiam Majestatem Vestram [scripsi], priusquam hæ tradentur, traditas fore non ambigo. Interea temporis autem dum summis votis et comprecationibus exoptatum nuntium de victoria Serenissimæ Regiæ Majestatis Vestræ parta avide expecto, ad me Regiæ Majestatis Vestræ [literæ], quibus nuntiatur, qua ratione arx et oppidum Polocia a militibus suis expugnata et capta, quæque in ea oppugnatione intercessere et eam consecuta (sunt), perferuntur. Quum itaque arx ea tam fortissimo præsidio, cæterisque omnibus necessariis subsidiis adeo firmiter et scite fuerit munita atque instructa, hostis etiam eo ipso fretus, haud dubie eam omnino a quovis etiam impetu defendere, et salvam conservare constituerit, nec quicquam præter spem et opinionem suam accidere posse sibi plane persuasum habuerit, præsentissimum Dei Opt. Max. auxilium evidentissime constat, qua de re suæ divinæ omnipotentiæ meritas et dignas habeamus gratias. Præterea etiam quum Regiæ Majestatis Vestræ heroicus animus, fortitudo, singularis prudentia rei militaris, et ingeniosa stratagemata non defecere, quibus vires hostium fractæ, denique etiam rara illa, et hoc loco prudentissima clementia post victoriam in devictos consecuta fuerit, quam sibi Regia Majestas Vestra soli suo vindicat jure, neque miles in eo cum Regia Majestate Vestra quicquam habet commune, ea omnia apud plerasque nationes immortalem gloriæ commendationem pariet, id quoque in commodum, incolumitatem et emolumentum inclytæ coronæ Poloniæ, reliquarum vicinarum gentium, atque adeo totius christianitatis redundabit, hosti vero quin ea res maximo terrori futura sit non dubito, maxime quum tantam vim tormentorum, pulveris tormentarii, globorum, denique arcem ipsam munitissimam amiserit, quæ omnia Regia Majestas Vestra sibi cepit et occupavit. Precor itaque Deum Opt. Max., ut conatibus Regiæ Majestatis Vestræ in hostes suos adesse, et felicissimos successus largiri, eosque ad optatum et prosperum finem, rebus feliciter confectis, deducere dignetur, quo mihi nihil gratius, neque jucundius nuntiari poterit. Ago quoque Regiæ Majestati Vestræ pro hac jucundissima significatione rerum secundarum maximas et officiosas gratias, ac plane confido, nec minus id precibus jam contendo, Majestatem Regiam Vestram, si quid deinceps optati et prosperius gestum, consecutum iis fuerit, ulterius non gravate communicaturam, ut una cum Regia Majestate Vestra (cui ex animo omnem incolumitatem et prosperrima quæque opto) gaudere et gratulari possim.

In Imperio Romano pleraque nunc sunt pacata. In Belgico autem res aguntur fortuna ancipiti, et neutra pars non solum non assecuta est metam optatam, sed quum rex Hispaniarum libertatem conscientiarum in iisdem partibus plane deneget, religio quoque ipsi contraria ibidem tam altas egerit radices, plerisque visum fuit, ne nunc viam quidem etiam constare, qua eo, quo pars alterutra cupit, pervenire possit. Legati imperatoris in pace restituenda Belgis jam per aliquot menses valde sunt occupati, sed hactenus

parum profecere, nec desunt, qui firmæ pacis constituendæ in iis partibus omnem par animum? [spem] abjecere, quum ob rationes supra adductas, tum vero propter diversitatem ingeniorum illius gentis, et nonnullorum inconstantiam. Hæc ad Regiam Majestatem Vestram, quam arduis et gravissimis negotiis distineri scio, ideoque prolixioribus scriptis minus molestandam, pro animi mei integritate et fidelitate brevibus officii perscribere libuit, eamque protectioni divinæ pari ratione commendo. Datum Onolbachii, die 17 octobris, anno Domini 1579.

CXXXVIII.

Przywiley na plac zwany Hornostaiewski w Wilnie będący, który na zbór iest obrocony.

Teka Naruszewicza 93. Ex mss. arch. St. Aug. regis.

Stefan z Bożey miłości Król Polski, Wielkie Xiążę Litewskie, etc.

Oznaymuiemy tym listem naszym każdemu, komuby to wiedzieć należało, teraznieyszego y potomnego wieku. Stanąwszy przed Nami oczywisto woiewoda Wileński, hetman nasz naywyszy W.X. Litewskiego, starosta Oszmiański, Pan Mikołay Juriewicz Radziwił, xiążę na Dubinkach i Birżach, dobrowolnie opowiadał y iawnie wyznał, iż plac y dwór na nim cegłą i drzewem zbudowany, a murem obtoczony, nazwany Hornostaiewski, w mieście Wileńskiem leżący, ze wszystkiem a wszystkiem, iako się ten dwór w sobie ma, kupił Jegomość wiecznem a nieodzownem prawem u woiewodzica Nowogrodzkiego, Pana Ostafieia Iwanowicza Hornostaia za pewną summę pieniędzy, w liście iego przedażnym opisaną, z wolnem szafowaniem tego dworu, a będąc Pan woiewoda Wileński wyżey pomienionego dworu Hornostaiowego w spokoynem dzierżeniu, a potrzebuiąc pieniędzy, y maiąc wolność tym dworem szafować wedle myśli swoiey, przedał Jegomość ten dwór y plac Hornostaiewski, z wiadomością y przyzwoleniem synów swoich, Pana Mikołaia y Pana Krzysztofa Radziwiłów, z budowaniem wszelkiem, które na tym placu iest, y z wszelką własnością tego dworu y placu, senatorom naszym, ludziom rycerskim, ministrom, seniorom, y pospolitym ludziom stanu y zawołania szlacheckiego y też mieyskiego we zborze Wileńskim będącym, potomkom y sukcessorom, y tym którzyby się ku nauce Pana Chrystusowey z woli Bożey y napotem do tego zboru Wileńskiego przyłączyli, wiecznie y na wieki nieporuszenie. Jakoż Pan woiewoda Wileński wziąwszy za ten dwór y plac zupełną zapłatę, to iest ośm tysięcy kóp groszy liczby W.X. Lit. przez ręce niektórych pewnych osób, senatorów naszych, y szlacheckiego stanu y zawołania ludzi, seniorów, ministrów, we zborze Wileńskim nauki naśladuiących, zaraz im ten dwór y plac w dzierżenie urzędownie puścił, list swóy przedażny na pargaminie pismem Ruskiem pisany, pod pieczęciami y z podpisami własnych rąk Pana woiewody samego y synów Jmci pomienionych, y też pod pieczęciami niektórych Panów Rad naszych y urzędników ziemskich, im dał, y ten list swóy przedażny przed Nami pokładał, w którym szerzey y dostatecznie to wpisano, y prosił Nas Pan woiewoda Wileński, abyśmy to ku wiadomości naszey hospodarskiey przypuściwszy, listem naszym tę przedaż utwierdzili. A tak My ten list Pana woiewody przedażny oglądawszy, rozkazaliśmy go słowo od słowa w ten nasz list wpisać, y tak się w sobie ma: Mikołay Juriewicz Radziwił, etc. etc., a po wpisaniu tego całego listu taka konkluzya: u tego listu podpisanie rąk pismem Polskiem Pana woiewody samego y synów Jmci Pana Mikołaia y Pana Krzysztofa, y na żądanie Pana woiewody Wileńskiego to czyniąc, utwierdzamy y zmacniamy ten list przedażny, y wszystkie prawo od Pana woiewody Wileńskiego spuszczone tym naszym listem. Maią go używać y we wszem

zachowany ma bydź według tego iako wyżey w liście Pana woiewodzinym opisano iest y na to daiem ten nasz list z naszą pieczęcią. Pisan w Wilnie, roku od narodzenia Bożego 1579, miesiąca oktobra dwudziestego dnia.

Stephanus Rex.

Ostafi Wołowicz Pan Wileński, kan
W. X. Lit., starosta Brześciański y Kobr

CXXXIX.

Lettera di Calligari nunzio apostolico al cardinale di Como.

Annales Eccl. Theineri, t. III, p. 661.

Drobniejszym drukiem

Królowi bardzo dobrze wiedzie się na wojnie z Moskwą. Mają tu ogłosić manifest, w którym wytłuszczone będą przyczyny tej wojny, którego kopią przytączam. Jeśli go Ojciec święty zechce odczytać, dowie się wielu pięknych rzeczy o wielkim xięciu Moskiewskim. Di Varsavia alli 30 d'ottobre 1579.

CXL.

Romanorum Imperator ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll: Faur. 6063, t. 1.

Rudolphus Secundus, divina favente clementia, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, etc., Serenissimo Principi, Domino Stephano, Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, et affini et vicino nostro charissimo salutem et mutuam benevolentiam.

Serenissime Princeps affinis et vicine charissime.

Intellecto Serenitatis Vestræ in regnum suum Poloniæ reditu, legato nostro, honorabili, docto, devoto et fideli, Nobis dilecto, Joanni Cyro, abbati sacti Vicentii, Vratislaviæ, consiliario nostro, quem ad Serenitatem Vestram ablegare non modo jam pridem decreveramus, verum etiam mandatis ad hoc necessariis instruxeramus, postea vero ex iis causis, quas Serenitas Vestra ex ipso coram intelliget, subsistere jussimus, jam nunc committimus, ut quam primum iter ingressus, ad Serenitatem Vestram se conferat. Qua de re Serenitatem Vestram his nostris literis certiorem facere voluimus. Tandem quod reliquum est, recte feliciterque valere exoptantes. Datum Pragæ, in arce nostra Regia, die 16 novembris, anno 1579, regnorum nostrorum Romani quinto, Hungarici octavo, et Bohemici itidem.

Rudolphus.

CXLI.

Romanorum Imperator ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Rudolphus Secundus, divina favente clementia, electus Romanorum Imperator semper Augustus, etc., Serenissimo Principi, Domino Stephano, Regi Poloniæ, Magno Duci Lithuaniæ, etc., affini et vicino nostro

charissimo salutem et mutuam benevolentiam.

Serenissime Princeps, affinis et vicine charissime.

Quum jam præsentium exhibitorem, honorabilem, doctum, devotum et fidelem, nobis dilectum, Joannem Cyrum, abbatem sancti Vincentii, Vratislaviæ, consiliarium nostrum, ad Serenitatem Vestram ablegamus, ab eadem benevole postulamus, ut dicto Cyro in his, quæ nostro nomine et verbis cum Serenitate Vestra acturus est, plenam ac eam omnino, quam nobis ipsis habitura esset, fidem præstare, ipsumque cum responso nostræ expectationi consentaneo, primoquoque tempore ad nos remittere velit. Quod reliquum est, Serenitatem Vestram recte valere exoptamus. Datum in arce nostra regia Pragæ, die 21 novembris, anno Domini 1579, regnorum nostrorum Romani quinto, Hungarici octavo, Bohemici quarto.

Rudolphus.

CXLII.

Lettera di Caligari nunzio apostolico al cardinale di Como.

Annales Eccl. Theineri, t. III, p. 661.

Drobniejszym drukiem.

W sobotę 21 listopada król powrócił z wojny zdrów i wesół. Następującego dnia w niedzielę był z królową na nabożeństwie i procesyi. Biskup Krakowski śpiewał mszę o Duchu świętym, Kujawski kazał po polsku. W poniedziałek sejm się zaczął. We wtorek miał mowę od tronu wielki kanclerz po łacinie więcej niż przez godzinę. Spodziewają się, że pobór będzie uchwalony, równie jak na przeszłym sejmie, lubo nie bez oporu ze strony wojewodów Krakowskiego i Poznańskiego. Chcą tu jak najprędzej zamknąć obrady, żeby rychło wyjść w roku przyszłym w pole przeciw Moskwie. Król z wielkim kanclerzem żartując i śmiejąc się zapraszają mnie z sobą na wojnę do Moskwy, gdziebym, mówią, mógł poświęcić wiele kościołów i nawrócić wielu schyzmatyków. I ja także śmiejąc się odpowiedziałem: „etiam si oportuerit me tecum mori.„ Varsavia 25 novembre 1579.

CXLIII.

Lettera del medesimo al medesimo.

Annales Eccl. Theineri, t. III, p. 662.

Drobniejszym drukiem.

Nigdym w życiu nie słyszał piękniejszych i wymowniejszych kazań nad te, jakie w przeszłą niedzielę 29 listopada, i w następny poniedziałek, w dzień ś. Andrzeja powiedział po łacinie Stanisław Sokołowski, proboszcz ś. Floriana w Krakowie, kaznodzieja królewski. Śmiało powstał na zdrożności wieku, nie przepuszczając ani królowi, ani biskupom, ani świeckim senatorom. Wytknął kupno biskupstw, niedbałość, światowość, chciwość biskupów, kanoników, proboszczów. Król nie tylko się nie obraził, ale mi oświadczył, gdym go odprowadzał do drzwi kościoła, że kaznodzieja prawdę powiedział. Di Varsavia alli 4 di decembre 1579.

59

CXLIV.

Duces Pomeraniæ ad S. Regiam Majestatem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime ac potentissime Rex, Domine affinis et vicine charissime. Mittimus ad Regiam Majestatem Vestram nobiles ac doctos consiliarios et fideles nostros, Bernardum Mahl (1), juris utriusque doctorem, et Bartoldum Smalensee in Dominga residentem, quibus mandatum dedimus nomine nostro Regiæ Majestati Vestræ exponendi causas quasdam, prout Regia Majestas Vestra ab iis cognoscet. Petimus igitur officiose et amanter, ut Regia Majestas Vestra eos clementer audiat, et in omnibus, quæ S. Regiæ Majestati exponent, fidem indubitatam ipsis adhibeat, ac in ipso negotio se facilem ac amicum, sicuti de ea fiduciam concipimus, et æquitatis, et vicinitatis ratio exigit, erga nos præbeat. Id omni officiorum genere vicissim compensare operam dabimus, ac S. Regiam Majestatem Vestram Deo Opt. Max. commendamus, eamque recte valere cupimus. Datum Stettini, die 19 novembris, anno Domini 1579.

CXLV.

Instructio et mandatum, quibus nos, Joannes Fridericus, et Ernestus Ludovicus, fratres, Dei gratia duces Pomeraniæ, etc. nobiles et doctissimos consiliarios, Bernardum Mahl, juris utriusque doctorem, et Bertoldum Smalensee, ad Serenissimum Poloniæ regem legatos ablegavimus.

Principio legati nostri quam primum sese Varsaviam ad comitia regni Polonici recta conferent, et marschalcum, quem nomine nostro salutabunt, de adventu suo certiorem facient, perque eum impetrabunt, ut Serenissima Regia Majestas ipsos audire velit. Data autem opportunitate, vel post, vel ante audientiam, convenient Magnificum et Generosum Dominum Joannem de Zamoscie, magnum cancellarium regni Polonici, illique, tradito creditivo nostro, salutem, egregiam nostram erga ipsum affectionem, et omnia bona sedulo significabunt, expositis illi causis, quare denuo legationem ad Regiam Majestatem miserimus. Quandoquidem autem re ipsa deprehendissemus, ipsum uno semper tenore, summo studio negotiis nostris ex animo benefactum voluisse, eaque ubique locorum promovisse: nos ei ex animo gratias agere, et in futurum gratiose petere, quum sciremus ipsum apud Regiam Majestatem et gratia et auctoritate merito suo plurimum posse, ut negotium nostrum, quod nemini æque atque ipsi notum sit, sibi commendatum habere, et apud Regiam Majestatem meliore modo ita promovere velit, ut ex auctoritate ejus Regia Majestas secundum vota nostra decretum ferat, nec solutio debitæ summæ prolixius differatur. Nos magnifica quidem.... polliceri nolle, verum si eventus comprobaverit, ipsius commendatione et opera id quod cupimus, scilicet ut absque mora nobis satisfiat, effectum re ipsa eum experturum, nos illius studium egregia gratitudine ita remuneraturos, ne merito de nobis conqueri possit.

---

(1) Ten poseł raz jest nazwany Mahl, drugi raz Mach, trzeci raz Macht, czwarty raz Machter. Ponieważ niemasz o nim wzmianki w dziejach, a zatem niepodobna wiedzieć jak się istotnie nazywał, niech będzie Mahl, póki się nie znajdzie prawdziwe jego nazwisko.

Impetrata autem audientia, renuntiabunt Serenissimæ Regiæ Majestati nomine nostro plurimam salutem, deferentque obsequia et studia nostra prompta parataque semper, adeoque omnia, quæ affinitatis, confoederationis et vicinitatis jura postulant, prolixe pollicebuntur, et de adepta adversus Moschum insigni victoria diligenter gratulabuntur. Et quanquam re vera inviti hujus tam sanctæ, utilis et necessariæ expeditionis tempore Regiæ Majestati [molesti] essemus, requirente tamen nostra, nostrorumque fidelissimorum subditorum extrema necessitate, coactos nos hanc legationem mittere, quandoquidem quidam ex numero creditorum, a quibus nos gratiam felicissimæ recordationis defuncti regis, centena millia talerorum cogeramus, instantissime solutionem urgeant. Cumque inde quod hujus crediti, neque capitalis summa neque usuræ hactenus solutæ sint, gravissima nobis nostrisque oriantur incommoda, graviraque, nisi mature huic malo remedium inveniatur, exoritura sint, videre Serenitatem Regiam nos vel renitentes et reluctantes impulsos, ut ad hæc comitia mitteremus. Petere nos itaque Regiam Majestatem, ut hoc nomine Serenissima illius Majestas nos excusatos habere, nec alieniore animo, quam a nobis id factum est, accipere velit.

Recordari autem Regiam Majestatem, nos sæpe ante hanc diem de solutione centum millium talerorum, quæ ad petitionem et diligentem flagitationem divi Sigismundi Augusti, piæ et sanctissimæ memoriæ defuncti regis, incliti regni Poloniæ et prænominato regi præcedente scientia ac maturo consilio procerum et senatorum regni, ab aliis coacta crediderimus, cum debitis usuris ab anno 1571, aliquoties missis legatis, præcipue vero in proximis comitiis Varsaviensibus, quo Serenissima Regia Majestas negotium rejecerat, diligenter sollicitasse, quo tempore S. Regia Majestas in responso suo ad 12 martii 1578 nos ad fidejussores remiserit, Regiam videlicet Majestatem effecturam, ut illi nobis satisfacerent: esse enim fidejussores locupletes, ut et possint, et ab ipso etiam defuncto rege, Sigismundo Augusto, quosdam ejusmodi commodis et prærogativis propterea ornatos esse, ut debeant de iis, quæ fide eorum a nobis mutuo accepta sunt, plenissime nobis satisfacere.

Quanquam autem firmissimæ obligationis instrumentum, sub sigillo defunctæ Regiæ Majestatis et regni Poloniæ, expressis verbis contineat, Regiam Majestatem, non fidejussores, sed se ipsam, suos hæredes et successores in conventu solemni, et comitiis Lublinensibus, ad solutionem his verbis: „promittimus et obstringimus, nos, nostros hæredes et successores etc. obligare"; nos tamen eo tempore, salvis interim regiis obligationibus, hæc suo loco requisisse, et commissarios cameræ commisisse, et fidejussores ad 22 septembris ad obstagium præstandum (ad quod sese in obligatione sua mediante juramento, cum renunciatione omnium privilegiorum, statutorum, jurium et consuetudinum obligarunt), Stolpam Pomeraniæ evocasse, uti Regiæ Majestati ex copiis literarum, quas legati offerre debent, quibus ad obstagium evocati essent, cognoscere liceret: verum fidejussores oblitos honoris, oblitos sui sigilli et juramenti, non tantum non comparuisse, sed scripto sub dato 10 septembris respondisse, et ad S. Regiam Majestatem ex plurimis causis, et præcipue his sequentibus rem remisisse.

Primo, ipsos a defuncta Regia Majestate nihil quicquam accepisse, de quo hanc summam persolverent. Secundo, ipsos non fuisse citatos ad decretum Varsaviense, in quo

nos ad ipsos remissi essemus: itaque ad legitima tribunalia ab ipso decreto appellasse. Tertio, commissariis et fidejussoribus hujus pecuniæ nomine reditus, usuras et proventus cameræ commissi olim quidem obligatos fuisse, sed illa omnia illis erepta in eorum potestate non esse. Quarto, Serenissimam Regiam Majestatem jurejurando recepisse solutionem debitorum Reipublicæ regni Polonici, etiam quæ hypothecis vallata non essent. Quinto, Regiam Majestatem cum Serenissima regina, cognata nostra charissima, hæredem et successorem factam, non tantum honorum et onerum, sed et omnium bonorum mobilium a divo Sigismundo [Augusto] relictorum, quemadmodum Regia Majestas et literis commissariorum et fidejussorum, quarum extractum authenticum eidem offerre Regiæ Majestati legati debent, prolixissime cognoscere possit.

Quum autem iniquum et insolens sit, contra regias et fidejussorum obligationes ita circumagi et distineri, et interim in medio destitutos relinqui, et ab iis, a quibus nos hanc pecuniæ summam mutuo accepimus, dum non sine superbiore fastidio refusio mutuo datæ pecuniæ acerbissime postuletur, ludibrio haberi: rogare nos peramanter et sedulo, ne Serenissima Regia Majestas diutius nos distinere, sed potius præsenti pecunia tam capitalem summam, quam usuras, interesse et expensas, exsolvere, aut saltem Gedanensem, sive aliam civitatem, quæ Regiæ Majestati debeat, intercedente sufficiente cautione, solutioni præstandæ delegare velit.

Si autem Regia Majestas prioris sententiæ nihil immutare, et nos ad fidejussores rejicere decreverit, non posse nos, præmissa solemni protestatione, in hoc aliter consentire, quam si Regia Majestas absque ulla disputatione, absque protelatione et dilatione, per immissionem in bona fidejussorum, solutionem nobis procurare parata fuerit, ita tamen ut S. Regia Majestas, inclitumque Poloniæ regnum nobis in subsidium obligatum tantisper maneat, dum totum debitum persolvatur, regressusque adversus Majestatem ejus et regnum, si quid nobis desit, pateat, de quo legati nostri solemniter iterum atque iterum protestabuntur.

Hæc omnia esse honestati, æquitati et obligationibus conformia, et inclito Poloniæ regno, totique Polonorum genti, cujus fidem et sigilla secuti essemus, in Sacro Romano Imperio, et aliis omnibus provinciis, decus atque gloriam pristinam in immensum auctura. Et nos omnino in ea sententia esse, minimeque dubitare, Regiam Majestatem pro egregiis et raris donis, quibus liberaliter a Deo ornatus sit, pro exacta prudentia, et insito plane regio candore, voti nos compotes facturam. Nos vicissim paratissimos esse omni genere obsequiorum, quemadmodum cognationis, pactorum, foederumque, et vicinitatis jura id exposcunt, abunde relaturos, et officiis, benevolentia, et grati animi declaratione cum potentissimo rege certaturos.

CXLVI.

Altera instructionis pars, quam legati nostri S. Regiæ Majestati, nostro nomine, post expeditum principale legationis caput, proponere debent.

Absoluto priore, ac quidem principali legationis capite, legati nostri Serenissimæ Regiæ Majestati revocabunt ad animum, meminisse Regiam Majestatem nos jam pridem graviter

conquestos esse de quibusdam subditis regni Poloniæ ducatui nostro confinibus, qui nulla ha-
ta justi aut æqui ratione, subditos nostros contumeliis, injuriis afficiant, damna et viole-
tias inferant. Et nosmet superioribus mensibus, quum in persona præfecturam Novo Ste-
nensem visitassemus, deprehendisse quosdam facinorosos, et male frugi homines, qui ob
varia delicta partim ex nostro ducatu, partim aliunde profugissent, et tanquam ad asyl
quoddam ibi convenissent, coepisse in fundo nostro pagos ædificare, ligna cædere, agricu
turam instituere, rogatosque, cujusnam permissu hæc tam licenter in alieno facere
derent, audacissime fassos, jussu et mandato Generosorum et nobilium Dominorum Andr
et Stanislai comitum de Gorka, capitaneorum Coronensium et Ustensium, se id facere.
Et in specie quod capitaneatum dicti comitis Andreæ attineret, consulem civitatis Coron
cœpisse in fundo præfecturæ Novo Stettinensis in loco, Lippenow antiquitus dicto, villa
ædificare.

Secundo, indicabunt et conquerentur legati nostri Regiæ Majestati, præfatum comit
D. Andream prope pagum Roggerpoll ad fluvium Bresnitz, cujus altera ripa Poloni
altera Pomeranici juris est, in fundo quidem Polonico molendinum exstruxisse, sed utramq
ripam, tam citeriorem, quæ Pomeraniæ est, quam ultra fluvium, quæ in illo loco Polo
ca est, occupasse, et aggere munivisse, molitorem nostri molendini istinc, insuper lapi
dem molarem prope locum Hasenmer, qui immediate nostri dominii est, excidisse,
clam Roggenpollum, ubi novum molendinum exstruxisse diximus, avexisse.

Tertio, comitem Andream in loco superiore, ad prædictum flumen Bresnitz, ubi ut
que ripa jam a multis seculis ducum Pomeraniæ fuerit, molendinum quoddam a nostri
subditis ædificatum, sine ulla querela et legitima causæ cognitione, de facto fundit
evertisse.

Quarto, licet dubium non sit, Bresnitz flumen limitem esse in eo loco Polonicarum
et Pomeranicarum terrarum; nihilominus tamen inhabitatores prædicti pagi Rogge
poll transmittere flumen Bresnitz, et in territorio nostro pecora pascere, et, eradica
arboribus, novalia instituere.

Quantum ad comitem Stanislaum attinet, jussu ejus fugitivos quosdam rusticos
in territorio nostro...., quod jam ante annos ducentos a ducibus Pomeraniæ nobilibu
aliquot in feudum concessum fuisse, antiquissimis literis doceri possit, cujus rei etiam
limites, antiquissimaque monumenta ibidem documento esse possint, occupasse agros
quosdam, et duas rusticas casas procul dubio eo animo ædificari jussisse, ut, si res
procederet, nec a nobis impediretur, integrum pagum ibi condat.

Secundo, esse in territorio pagum quemdam, Jastrow, quem medius fluvius inter
fluit, cujus pars, et rustici cis fluvium habitantes, licet absque controversia Pome
ranici juris sint, et Barnimo duci quondam Stettini Pomeraniæ, piissimæ memo
riæ, recens defuncto, juramentum subjectionis et fidelitatis præstiterint; comitem
tamen cogere rusticos, clam et nobis insciis, ipsi servitia præstare, et canonem et
pensiones solvere.

Tertio, quum hæc hominum colluvies accessione aliorum in dies crescat, irrepere ips

etiam in pagum Pinnow, et in alia nostri ducatus loca, præcipue versus silvam Fultiam ad eam partem, quæ profundus lacus vocatur, idque eo proclivius atque libentius, quod comes ob pensionis spem eos facile ferat, illi contra, quibus ob commissa facinora, cædes, furta, latrocinia, nihil unquam tutum est, quam maxima mercede, ut aliquis modo receptus eis sit, facile paciscuntur, ut interim tuto aliena populari, et aliorum possessiones tacite illis occupare liceat.

Quum autem prædicta loca nobis et domui ducatuique Pomeraniæ propria sunt, et nos illa a Sacro Romano Imperio et Cæsarea Majestate in feudum accipiamus, intelligere Serenissimam Regiam Majestatem, salva fide, qua Imperatoriæ Majestati obligati sumus, nequaquam his connivere, hæc ferre, aut dissimulare posse, ut vel minimum et Romano Imperio, et nobis in hac parte decedat. Rogare itaque peramanter Regiam Majestatem, ut Generosis comitibus supramemoratis scripto mandare velit, ut ab ejusmodi attentatis et præjudicialibus actionibus mature absistere, et magis hæreditarium transactionum, pactorum et foederum, quæ a multis retro seculis inter inclitum regni Poloniæ, et nunquam satis laudatos reges et duces Pomeraniæ inviolabiter, sancte et religiose servata sunt, curam agere, [neque] tam exiguæ et tenuissime istius pensionis causa, asylum iniquitatis et perfidiæ nefariis et facinorosis hominibus, qui licet grandia et modo non auri montes polliceantur, tamen re ipsa nihil præstant, eamdemque gratiam novis, quam veteribus dominis referre consueverint, aperire velint: nec in posterum ullos rusticos, qui testimonia non adferunt, pace bona et venia a prioribus dominis se discessisse, admittere, et illos, qui a nobis aufugerint, ad instantiam nostrorum capitaneorum, juxta formulam, et expressam literam pactorum, restituere jubeat. Illis quoque qui molendinum destruxerunt, ut Generosus comes severiter injungat, damnum datum molitori præstent, nec in posterum in restaurando molendino eo in loco, ubi utraque ripa nostra et est, et fuit, impediant. Sin autem Generosus comes inferri velit, quædam ibi loca litigiosa esse, nobis non displicere, et ferre posse, imo sicut sæpenumero antehac, sic et nunc sedulo nos petere, ut inspectio eorum omnium fiat, et cognitio compositioque, ordinatis hinc inde commissariis instituatur. Si vero contra hæc in posterum procedere quidam perrexerint, sperare nos, imo etiam atque etiam rogare S. Regiam Majestatem, ut nos excusatos habeat, si habita ratione feudi, qua Sacro Romano Imperio obligati sumus, adversus profugos et nefarios homines defensionem legitimam agrorum, possessionum et dominiorum ad S. Romanum Imperium immediate, et ad nos pertinentium, legitima permissione juris naturæ et scripti suscipiamus. Nec dubitare tamen, et certo certius statuere, Regiam Majestatem pro eximia ipsius sapientia, remedia salutaria interposituram, ut secundum pacta, conventa et foedera hæreditaria, ordinaria disceptatione et legitima cognitione interveniente, si quid dubii sit, terminetur, et inter utramque gentem sancta concordia et mutuus amor conservetur, nec concessuram, ut ullo pacto nos et nostri subditi in tranquilla possessione nostra turbemur, aut ulla invasione, turbatione et molestatione per ejusmodi fugitivos homines, qui nihil pensi habent omnia turbare, summaque imis miscere, dummodo suæ cupiditati indulgeant, inquietemur.

His expeditis, pro tertio legati nostri Regiæ Majestati nostro nomine referent, nobiles viros et vasallos nostros fidelissimos Masonios, pagorum Barthin, Wobetans et Brunnow dominos, apud nos conquestos, nuntium quemdam terrestrem Sluchoviensem, in pagos Rennefeld, Falckenhagen et Heinrichsdorf, qui in confinio regni Polonici siti sunt, irrupisse, ac minacibus verbis jussisse, collectam, videlicet in mansum agri denos Judcon vel denos tregrossos in arcem regiam Sluchoviensem intra octiduum proximum perfer. Non posse autem nos credere, hoc Regiæ Majestatis, imo ne quidem Generosi et nobilis Domini Stanislai..... et capitanei supremi Sluchoviensis, jussu factum esse, sed relictum domi burgravium, aut forte etiam nuntium terrestrem propria auctoritate hoc denuntiare ausum.

Quandoquidem autem hi tres pagi immediate in solo Pomeranico siti, feudum sint S. Romani Imperii, et nobiles Masonii majoribus nostris, et multorum, qui adhuc in vivis sunt memoria, a Bogislao proavo, Georgio avo, et Barnimo patruo magno, item Philippo fratre nostro, ducibus Stettini Pomeraniæ, pagos prænominatos in feudum accepisse, et contributiones, seu collectas ordinarias et extraordinarias, illis, dum viverent, et ab decessu illorum, nobis semper numeraverint: voluisse nos Regiæ Majestati hoc tempestive indicare, et sedulo studioseque rogare, ut Regia Majestas comiti, burgravio, omnibusque iis, quorum ministerio Regia Majestas in procuranda dynastia Sluchoviensi utitur, scripto mandare dignetur, ut ab indictione et exactione contributionum in iis, quæ a Romano Imperio beneficiario jure nos possidemus, abstineant, nec ullo modo nos turbent. Quod si præter conceptam spem nostram, sive nuntius terrestris, sive quisquam is sit, miseris incolis pagorum præfatorum ejusmodi minacibus denuntiationibus molestus esse pergat, nos defensive pro tuendo jure et jurisdictione nostra, in ejusmodi audaculos, tanquam violatores ~~pub~~ pacis publicæ, et concussores, vel invitos animadvertere cogi. Id si factum fuerit, sperare nos apud Regiam Majestatem, quæ tempestive horum a nobis admonita sit, hoc nomine facile purgatos fore, cui pro necessitudinis et propinquitatis jure, pactorumque vigore, quidquam Majestati ipsius gratum acceptumque fore ulla ratione [aut] conjectura assequi possimus, omni cum promptitudine atque animi alacritate præstaturos esse.

CXLVII.

Instructio S. Regiae Majestatis ad Illustrissimum principem Dominum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, in Prussia ducem, Generoso Sbigneo Ossoliński, Regiae Majestatis secretario, data Camentcii , die 20 mensis novembris, anno 1579.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 11.

Internuntius Sacrae Regiae Majestatis operam diligentem dabit, ut ad Illustrem principem, Dominum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, in Prussia ducem, quanto id fieri ocius possit, perveniat. Admissus, S. Regiae Majestatis verbis salutem plurimam, atque animi benevolentiam plane singularem ejus Illustritati annuntiabit, omnemque et valetudinis prosperitatem, et eventuum felicitatem in rebus administrandis precabitur. Deide literas fidei faciendae causa a Majestate Regia ad ejus Illustritatem scriptas reddet, quibus redditis lectisque hanc in sententiam dicet.

S. Regia Majestas, Dominus meus clementissimus, quum ex literis Celsitudinis Vestrae graves justasque causas accepisset, quae Celsitudinem Vestram diutius in Germania distineant, et serius in ducatum suum in Prussia redire sinant, essentque nonnulla, de quibus sua Majestas cum Celsitudine Vestra quamprimum communicare vellet, me iis de rebus in Germaniam ad Celsitudinem Vestram internuntium mittere voluit.

Nullum vero S. Regiae Majestati, Domino meo clementissimo, dubium est, quin Celsitudo Vestra quum ex fama ipsa, tum suae Majestatis literis, caeterisque scriptis, quae jam ante ad Celsitudinem Vestram missa sunt, cognoverit qua Dei benignitate, quoque successu bellum contra Magnum Moschoviae ducem adhuc administravit, quo in bello quum Celsitudo Vestra suae Majestati quingentorum militum copiis prompte affuerit, et eorum militum opera sua Majestas utili atque grata usa sit, hoc studium, hancque operam Celsitudinis Vestrae sua Majestas gratissima non tantum voluntate, verum etiam memoria complectitur, de eoque Celsitudini Vestrae permagnas habet, agitque gratias, libenterque promittit, quamvis antiquioribus et gravioribus nominibus a se omne studium ad Celsitudinis ~~suae~~ Vestrae, suique ducatus in Prussia defensionem, opemque, proficisci debere intelligit, tamen se etiam extra hanc necessitudinis rationem omnibus locis Celsitudini Vestrae, quum id ratio ususque Celsitudinis Vestrae requiret, ita vicissim affuturam esse, ut Celsitudo Vestra perspiciat, se, quae studia officiaque S. Regiae Majestati praestitit, recte utiliterque collocasse. Quod sibi Celsitudo Vestra de sua Majestate nulla cum dubitatione poterit persuadere.

Ad haec vero quum S. Regia Majestas intelligat, susceptum a se bellum, atque adhuc Dei beneficio bene feliciterque gestum, ita sibi perficiendum esse, ne hostis potentissimi atque infestissimi arma gravius irritata, quam coercita, fractaque videantur, omni cura in id incumbit, ut proximo vere, expeditione de integro comparata, justioribus copiis viribusque hostem illum vehementius oppugnare, ut quo citius debelletur, arma sua in hostiles ditiones penitus transferre possit. Qua quidem de causa S. Regia Majestas comitia omnium universae Reipublicae Ordinum hoc tempore habet, quibus consilia de viribus, nervisque belli ita gerendi suscipiuntur, ut eo pax non insidiosa incertaque, cujusmodi adhuc semper Reipublicae, vicinisque regionibus aliis ab hoc hoste evenit, sed explorata, tutaque in omne tempus constitui possit.

Quum autem S. Regia Majestas fieri posse existimet, ut istis comitiis, quo bellum maturius, promptiusque administretur, scito publico suæ Majestati potestas fiat, ut Reipublicæ fide atque cautione justam gerendis rebus pecuniarum vim aliunde tantisper mutuam sumat, quoad undique Reipublicæ subsidia cogantur, neque sua Majestas dubitet, quin Celsitudo Vestra, pro sua, suæque Illustrissimæ familiæ amplitudine, opibus, dignitate, gratia, rei tam necessariæ atque utili ad magnam orbis christiani tranquillitatem constituendam, aut suis suorumque pecuniis, aut fide sua interposita facile [consulere] possit; ea de re Celsitudinem Vestram hoc tempore per me appellare voluit, ab eaque amanter, diligenterque postulat, ut, si istis comitiis Reipublicæ Ordines conquirendam, sumendamque aliunde fide cautioneque publica esse judicabunt, in eam rem, atque illud Ordinum judicium Celsitudo Vestra faciat, pro suo majorumque suorum in regnum Poloniæ perpetuo studio, proque peculiari suo Majestati suæ gratificandi animo, de quo sibi Majestas sua plurimum pollicetur, pro belli denique necessitate, utilitateque, quam Celsitudinis Vestræ Ditiones eo majorem cupiunt, quo hostilibus injuriis propinquiores sunt, ut faciat, inquam, Celsitudo Vestra, pro sua cura atque fide interposita major aliquis pecuniæ numerus justis usuris in Germania pro Majestate sua cogi et conquiri possit. Factura est S. Regia Majestas, ut Celsitudini Vestræ, tam utilem operam sibi et Reipublicæ navanti, ita caveatur, ut quæ Celsitudo faciet, ea sibi tuto, nulloque suo detrimento facere intelligat. Tantum hoc tempore sua Majestas postulat, ut Celsitudo Vestra mature ostendet, quid in hoc genere Majestati suæ expectandum sit, ad quod rationes suas accommodare possit.

Postremo, quum quædam pecuniæ summa apud Celsitudinem Vestram reliqua sit, quæ S. Regiæ Majestati ex conventione tractatuum Marienburgensium certis pensionibus debeatur, significat S. Majestas Celsitudinem Vestram rem sibi optabilem gratamque facturam esse, si ejus solutionem repræsentet, et hoc studii genere suæ Majestati, quanto ocius fieri possit, gratificetur.

Quibus in rebus omnibus, ut sibi S. Regia Majestas de Celsitudinis Vestræ erga se studio et promptitudine plurimum pollicetur, ita efficiet, ut vicissim Celsitudini Vestræ omni animi benevolentia, propensissimaque voluntate, et gratificandi cura, re ipsa semper respondeat, ubicumque perspiciet Celsitudinis Vestræ dignitatem, utilitatemque per se posse adjuvari.

Hæc internuntius S. Regiæ Majestatis apud Illustrissimum principem, Georgium Fridericum, summa fide diligentiaque dicet et curabit.

CXLVIII

Ad ea, quæ nomine S. Majestatis Regiæ Poloniæ, Domini nostri clementissimi, apud Ill. principem ac Dominum, Dominum Georgium Fridericum, marchionem Brandeburgensem, in Prussia ducem, Generosus D. Sbigneus Ossoliński, S. Regiæ Majestatis legatus et secretarius, superioribus diebus exposuit, Ill. Celsitudo sua ut sequitur officiose et amanter respondet.

Et primo quidem loco, quum Illustrissima Celsitudo sua ex clementi et amica salutatione ac delatione studii, gratiæ et benevolentiæ, inprimis autem gratulatione de conjugio Ill.

Celsitudinis suæ cum charissima conjuge sua, Illustrissima quoque principe ac Domina, Domina Sophia ducissa Brunsvicensi ac Luneburgensi, marchionessa Brandeburgensi, et in Prussia ducissa, providentia divina contracto, Regiæ suæ Majestatis erga Celsitudinem suam singularem benevolentiam et amicitiam abunde perspexerit, hæc omnia Celsitudinem suam non solum debita reverentia, ac summa delectatione agnoscere, sed etiam S. Regiæ Majestati suæ tam suo, quam Celsitudinis suæ dilectissimæ conjugis nomine officiosas et maximas agere gratias. Ac si S. Regia Majestas cum conjuge dilecta, regina, nostra clementissima Domina, consanguinea et sorore Celsitudinis suæ, chara inprimis, prospera ac integra valetudine frueretur, omnia quoque Majestati suæ ex voto feliciter succederent, Celsitudini suæ non solum auditu nihil gratius accidere posse, sed etiam hoc ipsum a Deo Opt. Max. votis ardentibus precari.

Perjucundum quoque fuisse Celsitudini suæ nuntium illud victoriæ Majestatis suæ de Moscho, communi hoste, partæ, quemadmodum Celsitudo sua non ita pridem literis suis ad S. Regiam Majestatem datis, debita gratulatione hoc ipsum significavit officiose.

Nec opus fuisse ulla gratiarum actione, quod S. Majestati illis quingentis peditibus Celsitudo sua suppetias tulerit, maxime quum Celsitudo sua hoc officii ad postulata S. Regiæ Majestatis, tum vero pro significatione obsequii et benevolentiæ, licet nonnulla cum incommoditate Celsitudinis suæ id factum, lubentissime tamen præstiterit, ipsique nihil gratius accidere posset, quam si iidem milites Majestati suæ adversus hostem communem patriæ usui fuissent, quemadmodum Celsitudo sua adversus hunc hostem S. Majestati a Deo Opt. Max. opem, auxilium, et victoriam ex intimo pectore exoptat. Facile autem Celsitudo sua intelligit, quum hic hostis sit potentissimus, et jam irritatus ac cladem recens acceptam haud facile inultam sit laturus, Regiæ S. Majestati atque adeo toti inclytæ Coronæ omnino necesse esse de rationibus, inprimis vero de pecunia, et nervis bellorum conquirendis, cogitare, quibus S. Regia Majestas instructa, hanc susceptam expeditionem prosequi, ac tandem auxilio divino ad felicem et optatum finem perducere valeat, qua re Majestas sua Regia, ut rex prudentissimus, opus omni præstaret dignissimum.

Neque Celsitudini suæ quicquam exoptatius contingere posset, quam si Celsitudinis suæ hoc tempore rationes ferrent, ut ad hoc laudatissimum institutum etiam suam operam, maxime postulantibus rationibus, quantum vires suppeterent, adcommodare posset: siquidem Celsitudo sua facile agnosceret, hoc S. Regiæ Majestatis suæ salubre institutum etiam in defensionem ac incolumitatem suæ Celsitudinis ducatus Prussiæ, ut hosti viciniosis, redundare, quemadmodum S. Regia Majestas hactenus haud dubio clementer re ipsa comperit, quantum ad Regiæ suæ Majestatis, atque adeo inclytæ Coronæ decus, incolumitatem et emolumentum spectaret, Celsitudinem suam obsequio, opera et studio pro viribus nunquam defuisse. Et hæc Celsitudinem suam præstare merito non solum pro antiquissima necessitudine atque conjunctione integerrima, quæ S. Regiæ Majestatis inclytis prædecessoribus, regibus Poloniæ, cum Celsitudinis suæ majoribus jam a multis annis constantissime intercesserat, sed etiam quod a Serenissima Regia Majestate jam imperante Celsitudo sua regia benevolentia

et humanitate, ac omni genere officiorum fuerit adfecta, qua quidem benevolentia et studi Regiam Majestatem suam, uti etiam nunc pollicita est, perrecturam Celsitudo sua plane confidit. Quum itaque Celsitudini suæ constet, quibus rationibus S. Regiæ Majestati sit conjuncta, tanto magis huic incumbere, omnibus modis laborare, quo hæc necessitudo, quantum in ipsa quoque erit, constanter conservetur ac propagetur, atque hac ratione Majestati suæ quovis tempore fidelem vasallum et affinem quovis genere officiorum Celsitudo sua pro virili comprobare possit.

Sed Celsitudinis suæ ærarii ac facultatum hoc tempore eam esse conditionem, nimirum Celsitudinem suam spatio biennii in fortuitas et inopinatas saltem erogationes de suo quater centena millia florenorum insumpsisse. Accedere quoque illud, quod Celsitudo sua cum electoribus principibus et reliquis Statibus Sacri Romani Imperii Sacræ Cæsareæ Majestati insignem contributionem, quæ in immensam summam exsurgit, contra Turcam, hostem hæreditarium, ad sex annos integros decreverit. Etsi Celsitudini suæ, ut reliquis Imperii Statibus, eas collectas a subditis suis repetere liceat, Celsitudinem tamen suam, pia ac vere paterna commiseratione propter summas difficultates horum temporum, et maximam annonæ caritatem, quibus miseri illi jam annos aliquot affligebantur, subditorum suorum egestati clementissime indulsisse, eamque contributionem ex reditibus cameræ suæ S. Cæsareæ Majestati numerasse ac persolvisse. Tacere jam de aliis gravissimis expensis et sumptibus, quos Celsitudo sua nuper in conficiendis illis illustribus nuptiis, nec non in crebras illas hinc inde susceptas peregrinationes, aliisque rationibus necessarios facere debuerit. Ex quibus consecutum, Celsitudinem suam summam non contemnendam gravissimis usuris, sufficienti ac difficili cautione præstita, conflare coactam fuisse, quemadmodum hoc tempore ne iis quidem rationibus pecunia ea conquiri poterit.

Etsi quoque Celsitudo sua spem conceperat, ingentem aliquam pecuniæ summam tempore pupillaris ætatis patruelis sui, ægroti ducis Prussiæ, conflatam in parato adfuturam; hæc tamen quum ad gubernationem illius ducatus accederet, nihil ibidem præter vacuas cistas, et æs alienum maximum offendit, in quo dissolvendo Celsitudo sua quod per annos aliquot laboret, habebit.

Licet porro Celsitudo sua nomina magna ac generosa in locis quam plurimis, et non vulgaribus habeat, quæ vigilanti ratione fuerint appellata, exsolutio tamen eorum, quantumvis promissiones certissime de ea factæ fuerint, sæpius nulla consequitur, ex qua mora Celsitudo sua non levem hactenus persensit jacturam.

Præterea quoque quum res tam in imperio, quam extra fines illius, in statu satis difficili et periculoso hoc tempore versentur, necesse esse, ut Celsitudo sua de nervis rerum gerendarum in omnem eventum nonnihil cogitet, nec sese omni subsidio ita penitus destituat.

Quibus cæterisque pluribus de causis Illustrissimo principi, ac Domino nostro clementissimo, esse impossibile S. Regiæ Majestati ad oblatam cautionem postulata mutuatione de suis hoc tempore gratificari. Celsitudinem vero suam ad postulata suæ Majestatis apud Dominos et amicos suos, electores et principes Imperii, et reliquos summam

daturam operam, non secus ac si res Celsitudinis suæ propriæ agerentur, an propter causas a Domino legato adductas gravissimas in petita mutuatione consequenda quid confici possit, in quo negotio Celsitudinem suam legationibus et literis non defuturam, et quicquid Celsitudo sua hac ratione apud suos obtinuerit, id primo quoque tempore S. Regiæ Majestati renuntiaturam esse.

Quum vero in iisdem locis hæc quæstio prima quoque fronte usu veniet, quibus rationibus S. Majestas Regia et Status inclytæ Coronæ cavere constituerint, petere Celsitudinem suam, ut Dominus legatus, quæ nomine cautionis a S. Regia Majestate in mandatis acceperit, ulterius exponat, nimirum quousque et quibus rationibus mutuam illam summam postulet, ut Celsitudo sua in locis debitis ea proponere, et res tanto majore cum fructu tractare et conficere possit. Celsitudinem quoque suam plane confidere, quemadmodum etiam hoc summopere contendit, quum Celsitudo sua omnem operam, studium, obsequia Regiæ Majestati suæ, pro virili, debita fide ac promptitudine hoc casu offerat, S. Regiam Majestatem hac ipsa declaratione officiorum fore contentam, et de cætero Celsitudinem suam propter adductas rationes incommoditatum excusatam habituram.

Quod autem S. Regia Majestas postremo loco petit, posteriorem reliquam summam conventionis Marienburgensis, nimirum quinquaginta millia florenorum sibi a Celsitudine sua jam incontinenti exsolvi, nihil quidem Celsitudinem suam magis exoptare, quam ut Regiæ Majestati pro ratione horum temporum etiam hoc loco officiose gratificari posset, sed Generosum Dominum legatum ex superioribus recitationibus ærarium Celsitudinis suæ numerosis ac gravissimis expensis exhaustum abunde cognovisse. Quapropter Celsitudini suæ, quantumvis animo sit paratissimus, Majestati suæ de hac ratione incontinenti gratificari esse impossibile; attamen ut S. Regia Majestas fidem et animum Celsitudinis suæ quovis genere officiorum commodandi paratissimum cognoscat, promittere Celsitudinem suam navaturam omnem operam, ut Serenissimæ Regiæ Majestati prædicta summa quinquaginta millia florenorum ante terminum conventum primo quoque tempore, quoad fieri poterit, exsolvatur, et in hac summa conficienda negotium ita maturaturam ac acceleraturam, ac si de fide et emolumento Celsitudinis suæ proprio ageretur, Celsitudo enim sua haud facile est commissura quicquam in se desiderari.

Idcirco Celsitudo sua tanto minus dubitabit, S. Regiam Majestatem hac resolutione, attentis rationibus gravissimis, et quæ ipsa rei veritate nitantur, clementissime contentam fore, uti etiam Celsitudo sua a Generoso D. legato petit, hoc Celsitudinis suæ responsum Serenissimæ Regiæ Majestati in meliori nota demississime referre, una quoque Celsitudinem suam S. Regiæ Majestati cum declaratione paratissimorum obsequiorum et officiorum, ut affinem et vasallum paratissimum commendare. Denique Celsitudinem suam Generosum D. legatum digna benevolentia et gratia complecti, ac petere, ut Celsitudinem suam ac negotia ejus, sicuti de iisdem tractatio aliqua suscepta fuerit, sibi deinceps habeat commendatissimam.

daturam operam, non secus ac si res Celsitudinis suæ propriæ agerentur, an propter causas a Domino legato adductas.

21 h

CXLIX.

Cardinalis S. Sixti (Boncompanius) ad S. R. Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Majestatis Vestræ literas benevolentiæ, officii atque humanitatis plenas reddidit mihi ipsius orator, D. episcopus Plocensis, vir omni virtutum genere præditus, qui ipsarum literarum sententiam suo ipse sermone cumulatissime subsecutus est et quæ in mandatis habebat, diligentissime exposuit: quo nomine immortales Majestati Vestræ habeo et ago gratias, atque eidem exploratum ac certum esse cupio, quod et ipsi oratori affirmavi, ac pollicitus sum, omnibus in rebus ad Majestatem Vestram pertinentibus, quæ hic agendæ erunt, opera, studio, labore, industria ac diligentia mea pro sua voluntate usurum, nec quidquam mihi optatius ac jucundius fore, quam si quid ejusmodi a me præstari contingat, quod summa fide ac devotione erga Majestatem Vestram mea vere dignum appareat, cui, quod superest, rectissimam valetudinem, ac secundissimos rerum eventus precor, meque hujus gratiæ humillime commendo. Datum Romæ, die 21 novembris, anno Domini 1579.

CL.

Cardinalis Alexius ad S. R. Majestatem.

Nuper [ex] literis Majestatis Vestræ, humanissimisque verbis nobilissimi viri, Reverendissimi episcopi Plocensis, ejus apud S. D. N. oratoris, intellexi, quanta me animi propensione, ac benevolentia Majestas Vestra complectatur, quantumque de christiana Republica sit promerita, religiosissime catholicam fidem colendo et amplificando, nullo prætermisso studio, neque diligentia, sed omni conatu ac labore hæreses eos eradicando. Hæc tam præclara, præstansque virtus Majestatis Vestræ ita animum meum, atque omnes prorsus sensus devinxit, ut nihil prius mihi cogitandum sit hac in re, quam mandatis Majestatis Vestræ presto esse, si quid curatum apud Sanctam Sedem ullo unquam tempore velit. Polliceor sane operam et studium meum erga Majestatem Vestram [ad promovendam ejus] amplitudinem, dignitatemque paratissimum. Interim ingentes gratias Majestati Vestræ agens, Deum Opt. Max. oro, ut se omnibus aggrediendis tractandisque rebus benevolum ac propitium Majestati Vestræ adjungat, regnum et incolumitatem diutissime conservet ac tueatur. Datum Romæ, 6 calendas decembris, anno Domini 1579.

CLI.

Dux in Prussia ad Majestatem Regiam.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. II.

Serenissime Rex, potentissime princeps, Domine clementissime. Sacræ Regiæ Majestati Vestræ studia nostra promptissima offerimus, eique omnia fausta ac felicia ex animo precamur. Serenissime Rex, Domine clementissime et affinis charissime. Ablegavimus ad Regiam Majestatem Vestram hosce legatos nostros, nobiles ac egregios consiliarios nostros, Vencelaum Sachium a Vitenau in Stangenberg, cancellarium, Levinum a Bulau, et Michaelem Gisium secretarium, eisque injunximus, ut post salutem Regiæ Majestati Vestræ verbis nostris officiose dictam, negotia quædam nostro nomine proponant. Eis ut Regia Vestra Majestas plenam fidem, non secus ac nobis præsentibus habeat, et se regem clementissimum et benignissimum petitionibus nostris præbeat, majorem in modum ac officiosissime petimus. Factura Regia Majestas Vestra rem quovis officiorum genere nobis demerendam. Quod superest, Regiam Majestatem Vestram feliciter valere exoptamus. Datum Onoltzbachii, die 23 novembris, anno Domini 1579.

CLII.

Instructio eorum, quæ apud Serenissimum et potentissimum principem et Dominum, Dominum Stephanum, regem Poloniæ, etc. Dominum nostrum clementissimum, nomine Illustrissimi principis ac Domini, Georgii Friderici, marchionis Brandeburgensis, in Prussia ducis, Illustritatis ejus legati, Generosi ac Nobiles, Venceslaus Sachius de Vitenau, cancellarius, Levinus a Bulau, et Michael Gisius secretarius, debita cum reverentia referent, et diligentia summa conficient.

Legati quamprimum Varsaviam, vel eum in locum, qui a Sacra Regia Majestate comitiis destinatus fuerit, se conferent, ubi eo ventum fuerit, præcipuis regni consiliariis, vel Domino cancellario, vel regni marschalco supremo adventum suum significabunt, quorum opera ut apud Sacram Regiam Majestatem facultatem deponendi commissa impetrent, summo studio contendent: qua impetrata, literisque fidei exhibitis, sequentem in modum verba facient.

Postequam Illustrissimus princeps intellexit Sacram Regiam Majestatem hunc celeberrimum regni conventum de gravissimis, præcipue vero regni Poloniæ, eidemque adjunctarum provinciarum necessariis negotiis indixisse: facere sane non potuit, quin, tanquam membrum regni non postremum, more prædecessorum suorum, ad comitia ea legatos etiam suos mitteret.

Ac primo omnium precatur Illustrissima Celsitudo sua Deum Opt. Max., largitorem omnis sapientiæ et felicitatis, ut is spiritu suo sancto omnes hujus conventus deliberationes, consilia, conatus et studia, ad nominis sui divini illustrandam [gloriam], et ad pacem, salutem et tranquillitatem, tam hujus inclyti regni, quam universæ christianæ Reipublicæ, dirigat et moderetur.

Quemadmodum etiam Regiæ Majestati jam ante Celsitudo sua peculiaribus literis de insigni et celebri illa victoria, quam D. Deus in recuperandis et expugnandis Polocensi et aliis

propugnaculis largitus [est], ex animo gratulata est, ita institutis publicis per universum ducatum precibus Deo Opt. Max. summas agit gratias, quod is immensam ferocissimi hostis truculentiam, fastum ac tyrannidem per Regiam Majestatem non leviter coercuerit et fregerit, eumdemque toto pectore invocat, ut si porro adversus memoratum hostem arma sumenda et bellum continuandum sit, is pro sua divina benignitate Regiæ Majestati adsit, atque adeo ipsemet toti militiæ præsit, eamque faustissimam et victoriosam esse velit.

Ad res vero Celsitudinis suæ quod attinet, persuasum sibi habet Celsitudo sua Regiam Majestatem ex ipsis regni D. senatoribus abunde cognovisse, Ill. in Prussia ducem, D. Albertum seniorem, divæ memoriæ, et post hunc ipsius quoque filium a pluribus annis in omnibus regni comitiis graviter conquestos esse, derogari communibus pactis et ipsorum privilegiis in his potissimum articulis. Primo, de loco in senatorio ordine ex pactorum jure sibi competente. Deinde, de non deferendæ appellationis præeminentia, quam Prussiæ duces ab Ordine acceptam ad regnum hoc cum aliis superioritatibus attulerunt, et a divis antecessoribus Sacræ Regiæ Majestatis confirmatam hucusque usurparunt. Tertio, de liberæ cudendæ monetæ potestate, quibus accidit et illa vetus ac gravis de finibus inter Magnum Lithnaniæ ducatum controversia, quæ magnarum sæpe contentionum, cædium et irruptionum inter subditos occasionem præbere solet.

Atque hæc gravemina quum levia non sint, ac in Ill. nostrum principem, cæterosque marchiones jus simultaneæ investituræ habentes redundent, prolixius et ex ipso fundamento explicanda erunt, id quod et necessitas ipsa exposcere videbatur, ut Regia Majestas cognoscere possit, quo jure tota hæc causa nitatur. Verum enimvero quum Celsitudo sua intelligat, id hoc tempore satis commode fieri non posse, quod præsentia comitia gravioribus Reipublicæ negotiis moram non ferentibus destinata sint, facile Celsitudo sua acquiescit, ut in aliud commodius tempus rejiciatur.

Voluit autem Ill. Celsitudo sua in hoc celeberrimo conventu eorum mentionem fieri, ne quicquam de jure et privilegiis earum terrarum in se devolutis, remisisse, aut silentio præterivisse videretur. Majorem itaque in modum Celsitudo sua rogat, ut Regia Majestas eorum clementer meminisse, et commodiore tempore illis ex æquo et bono finem imponere dignetur. Quod si vero Regia Majestas eorum pleniorem informationem desideraverit, legati se ad prolixiorem explicationem offerunt, et deducent jus suæ Celsitudinis ex fundamentis. Datum Onoltzbachii, 24 novembris, 1579.

CLIII.

Pobyt Samuela Zborowskiego między Kozakami Niżowymi.

Teka Naruszewicza 96. Z dzieła Paprockiego: Herby Rycerstwa Polskiego (1).

CLIV.

Literæ universales de capiendo Samuele Zborowski bannito, deque supplicio ex eodem ac sibi adhærentibus sumendo.

Teka Naruszewicza 93. Ex actis metr. regni.

Stefan z Bożey łaski Król Polski, etc. Wszystkim wobec y każdemu stanu rycerskiego ludziom, tak w Koronie Polskiey, iako też w państwach do niey przyłączonych, gdziekolwiek, a osobliwie na granicach mieszkaiącym, iakiegokolwiek powołania y dostoieństwa będącym, poddanym naszym uprzeymie y wiernie Nam miłym łaskę naszę królewską. Uprzeymie y wiernie Nam mili. Nie iest taiemne wszystkim WMościom zuchwalstwo to Samuela Zborowskiego, które on wielkie w tem po sobie pokazował, że będąc z Korony Polskiey y z państw iey od przodka naszego Henryka na ten czas króla Polskiego, y od wszystkich Rad Koronnych wywołany y proskrybowany, na wzgardę prawa pospolitego, tu przecie w Koronie ważył się upornie przemieszkiwać, o co iż karania tego, które iemu wedle opisania prawa odnosić przystało, nie odnosił, tedy zatem, iako pospolicie zwykło bywać, czego większego y gorszego się ważył; bo iako pierwiey prawu pospolitemu Koronnemu sprzeciwił się, y one gwałcił, tak też raz teraz przymierza tego, które My y Korona nasza z cesarzem Tureckim y państwy iego mamy, wzruszać, y tem w wielkie niebezpieczeństwo Rzeczpospolitą przywodzić ważył się. Oznaymili Nam bowiem starostowie nasi pograniczni, iż niedawno przeszłych dni z wielu swawolnych ludzi udawszy się na Niż do Kozaków, y z nimi się złączywszy, wziął to był przed się, iakoby był ziemię Wołoską posiąść mógł, czego gdy mu sandziak Oczakowski z ludem cesarza Tureckiego, który przy sobie miał, bronił, y przeprawy mu do ziemi Wołoskiey nie dopuścił, sandziaka tego zabił, chociaż tam na ten czas, gdy tę potyczkę z Turkami miał, niemało ludzi tych, którzy z nim szli, także y aparat wszystek woienny utracił, przecie iednak trwa do tego czasu w przedsięwzięciu swoiem ciągnienia do Wołoch. Dla czego y ludzie one wszystkie, których pierwiey nie potracił, zatrzymał, y blizko granicy Wołoskiey rozłożył, y więcey ich ieszcze przyczynia, y na insze potrzeby do tego się zdobywa. Za czem iakiego się niebezpieczeństwa Rzeczypospolitey wszystkiey, a naywięcey kraiom Ruskim obawiać potrzeba, każdy snadnie z WMościów baczyć może, a zwłaszcza gdzieby do tego przyiść miało, żeby powtóre o wtargnienie do ziemi Wołoskiey tenże Samuel Zborowski kusić się miał, do którego to niebezpieczeństwa żeby nie przyszło, My z powinności naszey królewskiey, którą na sobie nosimy, zabiegaiąc, k temu też auctoritatem nostram et legum publicarum, która do tego czasu obrażona niepomału mieszkaniem wolnem

(1) Pismo to przedrukował z Paprockiego Żegota Pauli w swym zbiorze: Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów, 1846, tudzież L. S. w zbiorze: Pamiętniki o Samuelu Zborowskim, Poznań, 1844.

w Koronie od Samuela Zborowskiego była, windykować, a onego też na przykład innym dać chcąc, za radą Panów Rad Koronnych, tu na tym seymie Warszawskim z Nami będących, rozkazaliśmy wszystkim starostom naszym, aby z powinności urzędów swych, wedle opisania prawa pospolitego, przeciwko temu Samuelowi Zborowskiemu y wszystkim innym, którzyby iego albo przechowywali, albo iemu ratunek y pomoc iaką dawali, albo się też przy nim bawili, wystąpili, y onego z nimi pospołu łapali y karali. A iż do wykonania tey rzeczy trudno podobno przyiśćby mogli bez pomocy WMości, przeto wszech WMościów napominamy, abyście WMość pomniąc na konfederacye przodków swych, które przeciwko takim poczynili, którzyby prawo pospolite gwałcili, y na one dbać nie chcieli, y pokóy pospolity rozrywali y psowali, przykładem tychże przodków swoich, z powinności swoiey y z miłości przeciwko Rzeczypospolitey, gdy tym listem naszym, y przez starosty też powiatu swego WMość obwieszczeni będą, wszyscy przeciwko temuto Samuelowi Zborowskiemu, y wszystkim iego pomocnikom y faktorom, pospołu z starostą swoim się ruszyli, y onego poymać y karać, wedle naywiększey możności swoiey, iemu pomogli, a więcey tak wielkiego zuchwalstwa cierpieć nie chcieli, które, iako dobrze WMość baczą, do wielkiego zawiedzenia y trudności Rzeczpospolitą wszystkę przywodzi, a inaczey z powinności swey, y pod karaniem w prawie opisanem, abyście WMość nie czynili. Dan w Warszawie na seymie walnym Koronnym, dnia 5 decembra, roku Bożego 1579. panowania naszego roku czwartego.

Stephanus Rex.

CLV.

Literae ad Nicolaum Sieniawski, castellanum Camenecensem, campestrium copiarum praefectum, de capiendo Samuele Zborowski.

Ex actis metr. regni.

Stefan z Bożey łaski Król Polski, etc. Urodzony wiernie Nam miły. Mniemamy nie być tayno Wierności twoiey to wtargnienie Samuela Zborowskiego w ziemie państwom naszym przyległe cesarza Tureckiego, które że mu się teraz nie powiodło wedle myśli iego, tedy dano Nam pewnie znać, że się otoż, o co y pierwiey, kusić chce, y na to się pilnie gotuie: które iego przedsięwzięcie iż się ściąga ku wielkiemu niebezpieczeństwu Rzeczypospolitey, a naywięcey ziem tamtych Ruskich; przeto napominamy Wierność twą, abyś Wierność twa porozumiawszy się ze wszystkimi pogranicznymi starostami, starał się oto z powinności urzędu swoiego, iakoby Samuel ten Zborowski pospołu z tym wszystkim ludem, który przy sobie ma, za granicę z ziemi naszey wynijść nie mógł, ale y owszem aby od Wierności twey poymany, y iako ten, który pokóy pospolity y przymierza z pogranicznemi gwałci y psuie, będąc k temu z ziemie wywołany y proskrybowany, był karany. W czem wszystkiem pewni iesteśmy tego, że Wierność twa tak się zachowasz iako powinność urzędu twoiego niesie. O czem wszystkiem pisaliśmy też do wszystkich starostów naszych pogranicznych, y uniwersały do tego potrzebne posłaliśmy im, które też y Wierności twey dla przygody posyłamy. Żądamy

przytem Wierności twey dobrego zdrowia. Dan w Warszawie na seymie walnym Koronnym, dnia 6 decembra, roku Bożego 1579, panowania naszego roku ~~izmego~~ czwartego.

CLVI.

Literae universales de capiendo Samuele Zborowski bannito, suppliciogue ex eo cum suis adhaerentibus sumendo, ad omnes capitaneos Russiae et Podoliae seorsim scriptae.

Ex actis metr. regni.

Stefan z Bożey łaski Król Polski, etc. Urodzony wiernie Nam miły. Z listu tego, któryśmy tak od Wierności twoiey, iako też y od niektórych drugich starostów naszych pogranicznych spólny wzięli, wyrozumieliśmy dobrze to wszystko, coście Nam oznaymili o Samuela Zborowskiego przedsięwzięciu, y iest Nam barzo wdzięczna Wierności twoiey ta pilność w przestreganiu niebezpieczeństw Ukrainnych. A iż się to przedsięwzięcie Samuelowe ściąga ku wielkiemu niebezpieczeństwu Rzeczypospolitey, napominamy Wierność twą, abyś Wierność twoia wedle naywiększey możności twoiey, z powinności urzędu swoiego o to się starał, porozumiawszy się tak z inszymi pogranicznymi starostami, iako też y z hetmanem naszym polnym, do których w tey mierze pisaliśmy też, iakobyście tegoto Samuela Zborowskiego y z tymi ludźmi swawolnymi, któreby przy sobie miał, za granicę nie przepuszczali, żeby więcey przyczyny nie dawał do rozerwania przymierza y pokoiu z ludźmi cesarza Tureckiego, y owszem onego y wszystkie ludzie iego abyście łapali y karali. Dla czego posyłamy Wierności twoiey uniwersały potrzebne, które y do innych też starostwo pogranicznych posłaliśmy, żebyście ie do drugich, do którychbyście rozumieli być potrzebne, posłali. W czem wszystkiem rzecz Nam bardzo wdzięczną Wierność twą uczynisz, którą My łaską naszą królewską Wierności twoiey za okazyą nagradzać chcemy. Dan w Warszawie na seymie walnym Koronnym, dnia 6 decembra, roku Bożego 1579, panowania naszego ~~izmego (1)~~ czwartego (1).

(1) Nota na drugiey stronie.

(1) ~~Te trzy uniwersały z mylną datą 1579, do tego roku przenieśliśmy, a to dla tego. Król pozwo~~lit Samuelowi Zborowskiemu roku 1578 zebrać oddział jazdy i piechoty na wojnę Inflancką, na co mu pieniądze ze skarbu Litewskiego wyliczyć kazał (Obacz list króla do Wawrzyńca Wojny, podskarbiego litewskiego, z dnia 13 maja 1578 roku). Czy ten oddział zebrał, i co z nim w Inflantach dokazał, niewiadomo. Roku 1579 wieszał się zapewne przy woysku, ale nie zostawił po sobie żadnego śladu, prócz tego że zajechał dobra swej świekry, Spytkowej Jordanowej, kasztelanowej Krakowskiej. Po zdobyciu Wielkich Łuk, przyłączył się, mówi Bielski, do Janusza xięcia Zbarazkiego wysłanego przeciw Moskwie pod Toropcem zebranej. Przez następne dwa lata niemasz o nim wieści, aż dopiero dowiadujemy się z listu brata jego Krzysztofa z dnia 17 lipca 1583 (obacz Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich zebrane przez Żegotą Pauli, Lwów, 1846), że się na Niż udał, gdzie został hetmanem kozackim. Najazd z Niżowcami na Jahorlik i Tehin czyli Bender nastąpił ~~późnio~~ na początku jesieni tego roku, ~~bo~~ choć w powyższym liście Krzysztof odradzał bratu Turków zaczepiać. ~~Dla tego te trzy o Samuelu Zborowskim uniwersały są z końca roku 1583.~~

CLVI. (1) W rękopismie biblioteki Kórnickiej zawierającem co się ważniejszego za panowania Kr. Stefana aż do roku 1583 stało, taka jest wiadomość o Samuelu Zborowskim przez spółczesnego mu autora w listopadzie roku 1579 napisana:

Quum jam rex circa expugnationem arcis Polocensis occuparetur, cui ad servitia obeunda et a se promissa, dum se sistere ~~deberet~~ Samuel Zborowski deberet, animum suum mutavit, inque Moldaviam aliquot ex suis mittit, qui plebem excitarent adversus palatinum Moldaviæ, eumque palatinatu pellerent, seque brevi cum exercitu venturum promittit et palatinatum occupaturum. Hæc res quum ad palatinum pervenit, ipse legatos ad Samuelem mittit, per quos petit, ut a suo proposito se cohibere velit, neve ullos motus in terra illius excitaret, muneraque illi ampla mittit. Ille audita legatione, primum aliquot deliberat, postea palatino pacem promittit, muneraque missa accipit, non tamen collectos illos nebulones dimisit.

Postea cum illo exercito collecto in campos patentes, qui Dobrucenses appellantur versus fines, qui attingunt Bialogrodum, et est dominium imperatoris Turcarum, sese contulit, ibi quum jam ab exploratoribus cognovit, quod sandriacus vel capitaneus Bialogrodensis jussu imperatoris Turcarum arcem quamdam in finibus regni Poloniæ, atque fundo proprio regni exstrueret, statim cum exercitu suo venit, et ad capitaneum illum imperatoris Turcarum mittit quærendo ab illo, cur in fundo regni Poloniæ arcem illam locaret, qui respondit se id facere ex mandato imperatoris sui. Statim illam arcem Zborowius invadit et omnibus modis tentat, quomodo illa potiri possit, sed conatus illius frustra sunt tentati. Quumque jam redibat, Turcæ illum persequuntur, interea inter illos certatum est, in qua pugna a militibus Zborowii sandriacus vel capitaneus Bialogrodensis occiditur, solusque vix cum cæteris manus Turcicas evasit.

Interea ille Zboroviam cum illo exercitu redit, inque stativa exercitum disponit, qui magna damna miseris hominibus inferebat, ad nonnullos etiam nobiles mittit, ut stationes ex bonis suis colligant, et militibus ejus mittant.

Rex Stephanus dum de adventu illius cognovit, statim unum ex aulicis suis ad illum mittit, datis illi literis plenis fidei, illumque admonet, ut a tali rebellione et petulantia abstineat, eam superioritatem, quæ illi et toti regno est a Deo constituta, ne contemnat et vilipendat; satis jam ab illo contra leges patrias peccatum esse, illumque in execrabiles poenas jam antehac incidisse, notamque infamiæ vel proscriptionis in sua persona gestare, non cum summo decore personæ et familiæ suæ, itaque ne jam majorem ansam præbeat regi.

Ad hæc respondit, se nihil tale facere, quod Majestatem Regiam et leges patrias offendere debeat, et miror, inquit, quod cum tali legatione acerba ausus sis ad me hominem liberum et nobilem venire. Statimque illi ostendit duos palos, quos ad hoc ordinaverat. Et nisi, inquit, haberem rationem nobilitatis tuæ, certe palo te figerem; proinde vade, et cum tali legatione me amplius visitare noli, nam si id feceris, hanc poenam, quam cernis, non evades.

Samuel Zborowski, jako jeden z przemożnych panów, na których nie było sprawiedliwości w Polsce, ważył jak to poselstwo królewskie, tak drugie przeciw niemu ~~ponowione~~ 18 tego miesiąca wydane mandaty, królowi śmiał nawijać się na oczy. Po zdobyciu Wielkich Łuk przytoczył się, mówi Bielski, do Janusza Zięciarza Zbarazkiego, wysłanego przeciw Moskwie pod Toropciem zebranej.

CLVII.

Literæ summi pontificis Gregorii XIII ad Stephanum regem Poloniæ (1).

Teka Naruszewicza 93. Ex mss. arch. St. Aug. regis. Coll. Faur, 6po63.

CLVIII.

Scriptum Martini Cromeri, episcopi Varmiensis, de indigenatu prussico, in comitiis Varsaviæ habitis traditum (1).

Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 35.

Nihil opinor aliud habent Domini Prussi adversum me, quam quod non sim indigena, ipsi vero partim ex Masovia et Polonia, partim e Germania oriundi. Polonus sum fateor, jam inde a parentibus, avis et proavis e Germania fortassis, unde complures honestissimæ familiæ Polonicæ prodierunt. Licuit olim Hermanno Pragensi, licuit Joanni Misnensi, esse episcopo Varmiensi in Prussia, cur non liceat Cromero Polono? Nempe quia pactis posterius cautum est, ne quis, qui indigena Prussiæ non est, dignitatem ullam obtineat in Prussia. Pactum est tempore Casimiri regis ante centum viginti plus minus annos: inter Polonos et Prussos conventum. Nunquamne igitur postea quisquam non indigena in Prussia, dignitatem aut magistratum in Prussia obtinuit? Mitto civitates, et præsertim Gedanensem, quæ se primariam esse vult et quasi patronam totius Prussiæ. In ea sane accipio Germanos quosdam, nec scio an Anglos etiam, nostra memoria in magistratum allectos, atque ita jus ingrediendi in senatum Prussiæ et regni hujus amplissimi adeptos esse. Verum mitto civitates, præfecturas certe et dignitates postea nonnulli Poloniæ in Prussia obtinuerunt, exempla non commemoro, non ignota sunt. Imo et episcopatum hunc ipsum Varmiensem Lucas quidam, Conini in Majori Polonia natus, quemadmodum accepi, et parvulus a patre Toruniam importatus, e sententia istorum indigena non fuit, non magis quam ego, revera autem fuit. Quum enim Prussia illo ipso pacto, quod nobis objicitur, cum Polonia in unum corpus redacta,

---

CLVII. (1). List ten datowany 7 grudnia 1579 roku, a znajdujący się u Theinera, Annales Ecclesiastici, t. III, p. 74, przywiózł z Rzymu Paweł Uchański, i wraz z listem miecz i czapkę poświęcone przez papieża, które Giedrojć, biskup Żmudzki, w assystencji ~~nuncy~~ nuncyusza Caligari uroczyście w kościele Wileńskim królowi oddał.

CLVIII. (1) Kiedy senatorowie i posłowie Prusscy, na sejm Warszawski przysłani, zebrali się 2 grudnia na radę u Piotra Kostki, biskupa Chełmińskiego, wszedł niespodzianie Marcin Kromer, po zmarłym pod Rzymem dnia 5 sierpnia Hozjuszu, biskupem Warmińskim mianowany, z oświadczeniem, że jako należący do Stanów Pruskich, chce w ich radzie zasiąść. Odpowiedział mu na to imieniem wszystkich Jan Działyński, wojewoda Chełmiński, że jako cudzoziemiec, to jest Polak, choć był biskupem Warmińskim, ani między Stanami Pruskiemi zasiadać nie ma prawa, boby przez to zgwałcił ich przywileje. W kilka dni potem Kromer podał na sejm powyższe pismo. A gdy znowu Prusacy chcieli się od tego sejmu ~~u~~ uchylić, król idąc za jednomyślnem zdaniem senatorów, wyjąwszy Pruskich, wyrzekł, że Prusacy powinni być posłuszni wyrokowi Zygmunta Augusta wydanemu na sejmie Unii w Lublinie, i podług niego senatorowie wraz z senatorami Polskimi, posłowie wraz z posłami Polskimi o wspólnych radzić i stanowić sprawach.

eique, ut pacti verbis utar, unita sive reunita, incorporata et inviscerata sit, ita ut ex ambobus unus populus esse debeat, certe Polonus pro Prusso, et Prussus vicissim pro Polono (vel fictione legis, quæ æquipollet veritati, quemadmodum jurisconsulti loquuntur) haberi debet. Et habetur sane Prussus in Polonia pro Polono. Itaque obtinent Prussi in Polonia bona et magistratus, et ad primarias etiam dignitates, nemine contradicente, perveniunt. Possem non sine honoris præfatione unum atque alterum nominare, nisi noti essent omnibus. An non Polonicis statutis etiam cautum est, ne quis externus in senatum amplissimum allegatur, dignitatemve ullam obtineat? Nec tamen habentur Prussi pro externis vel non indigenis. Cur igitur non mutuum sit? Nimirum quia prærogativa ista de indigenis, disertis pacti verbis Prussis concessa est, non item Polonis reservata: ergo superiores tunc Polonis fuere Prussi, et in corpus suum Polonos (afflictos scilicet a Cruciferis) receperunt, legesque eis arbitratu suo imposuerunt, perinde atque priscis Prussis primum a Polonis, deinde a Cruciferorum Ordine subjugatis? Eo fortassis pertinere videtur, quod in civitatibus, quando publice datur alicui alio commigrandi testimonium, quod e legitimo ortus sit matrimonio, adscribitur teutscher Art, hoc est, generis Germanici, quasi qui ejus generis non sint, non sint legitimi, aut ingenui. At ego judico ex æquo et bono, et æquabiliter utrique genti pacta illa conventa esse. Indulserunt id fortassis peculiariter Prussis Poloni, ut et alia quædam. Cur autem indulserunt? Anima legis est ratio, aiunt jurisconsulti. Quæ igitur indulgendi ratio fuit? Num ut eos, quos sibi incorporabant et inviscerabant et ad honores dignitatesque admittebant, in ipso, quod dicitur, vestigio, a se separarent et alienarent? Imo ut fortius sibi astringerent ac devincirent, caverunt, ne externi, et in his quidam, Polonorum tunc et postea hostes, Germani, inquam, Angli, Sueci, Dani, etc. dignitatibus in Prussia potirentur et in senatum pervenirent, ubi novos motus concitare et Prussos sensim alienare possint a Polonia, non ut Poloni, socii et membra unius corporis, excluderentur, quod perinde esset, ac si manus aut pedes nihil cum oculis aut ore commune sibi esse vellent. Sed quid conjecturis opus est? Ipsa pacti verba luce meridiana clarius loquuntur. Sic ea habent: „Prælaturas, dignitates et officia, etc. propriis indigenæ juxta observantiam aliarum terrarum regni nostri conferemus." Aliarum terrarum regni nostri, inquit: ergo inter terras regni Poloniæ Prussia computatur, sicut Masovia, Cujavia, Podolia, Russia, Major et Minor Polonia, et secundum observantiam earum terrarum, non aliter pactum illud de indigenis intelligendum est. Quæ est autem observantia inter has terras in indigenatu? ea plane, quod natus in una qualibet ex his, pro indigena habeatur ab omnibus aliis, quod ad prælaturas, dignitates officiaque attinet, ita ut natus in Minori Polonia, prælatus, dignitarius et officiarius (ut vulgaribus et pacto peculiaribus verbis utar) in Majori, Masovia et ceteris recte esse possit. Hoc tantum interest inter ecclesiasticas et seculares dignitates et magistratus sive officia, quod seculares, statuti præscripto, debeant habere certe bona fixa et possessiones in ea terra, in qua obtinere volunt dignitates et magistratus, ecclesiastici non item. Sed Masovius vel Russus potest esse episcopus et archiepiscopus in Majori vel Mi-

nori Polonia, etiamsi ibi non habeat, ubi pedem figat, et sunt etiam nunc. Hæc igitur est observantia terrarum regni Poloniæ: secundum hanc debet intelligi id quod de indigenis Prussiæ pacto cautum est. Verum enim vero hic proferet quispiam e privilegiis ejusdem Casimiri, vel posterorum ejus regum, adstrictiorem interpretationem hujus nominis indigenæ. Non ignoro, solent multa ad eundem modum a principibus importunitati petentium subditorum nonnunquam indulgeri, quemadmodum in hoc quoque negotio factum est, sed ea interpretatio Dominos Prussos non adjuvat. Pacta enim publico populorum consensu conventa, majorem vim habent, quam privilegia alteri parti principis beneficio concessa, neque corrigi illa ab his queunt. Si quid corrigendum est, novo et expresso partium consensu id faciendum est. Agant igitur de eo ~~pan~~ Prussi in his vel aliis comitiis, quibus tota Respublica Polona repræsentatur, quomodo accipiendum sit nomen indigenæ in posterum, imo ut ista, de qua tantopere contendunt prærogativa, sibi, nomen Polonorum fastidientibus, solida disertis verbis indulgeatur. Me de jure, Sigismundi Augusti regis favore et commendatione, Pontificis Maximi auctoritate, quæ eximia est in episcopatibus conferendis, capituli electione sive ratihabitatione, et Majestatis Vestræ Regiæ approbatione quæsito, dejicere non debent, neque possunt. Possunt sane pro indigena me suscipere magis, quam quempiam ante viginti annos natum in Prussia, quippe qui per multos annos negotia Prussica, privata et publica, et judicia sine reprehensione tractaverim in aula regia, et prope triginta annis fuerim prælatus et canonicus Varmiensis. Quod si lubentes me in gregem et consessum suum suscipiunt, experientur morigerum et commodorum juriumque suorum studiosum et fidelem promotorem.

~~XIIIIIIII~~

~~Literæ summi pontificis Gregorii XIII ad Stephanum regem Poloniæ (1).~~

~~X~~CLIX.

Lettera di Caligari nunzio apostolico al cardinale di Como.

Annales Eccl. Theineri, t. III, p. 662.

(Dosłownym przekładem) W niedzielę 6 tego miesiąca wyświęcono w kościele Bernardynów na Krakowskiem przedmieściu, Kromera na biskupstwo Warmińskie, w obecności króla i wszystkich biskupów, prócz Przemyskiego, bardzo chorego, i Łuckiego. Po ceremonii król został na obiedzie u biskupa Kujawskiego mieszkającego w klasztorze Bernardynów. Siedział u stołu pod baldachinem, ja na dwa łokcie od niego przy ścianie, niżej odemnie biskupi, Krakowski, Poznański, Chełmiński i Chełmski, podkanclerzy i referendarz duchowny — naprzeciw mnie biskup Warmiński, wojewoda Pomorski, marszałek Koronny, wielki kanclerz, a na końcu stołu biskup Kujawski, jako gospodarz domu. Przy obiedzie

~~(1) W liście tym z dnia 12 grudnia, będącym u Theinera, Annales Ecclesiastici, t. III, p. 74, papież winszuje królowi odniesionego nad Moskwą zwycięstwa, z którego spodziewa się pożytku dla Kościoła katolickiego.~~

brzmiała muzyka. Król pił do mnie pierwszego ogromnym kielichem: wypiłem trochę i podałem biskupowi Krakowskiemu, który go aż do dna wychylił. Po niejakim czasie król pił znowu do wielkiego kanclerza. Obiad trwał do 23 godziny (do 5 po południu). Król konno wrócił do zamku. Di Varsavia alli 8 di decembre 1579.

CLX.

10 Georgius Ticinius ad S. Regiam Majestatem.

Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Expedimus tandem cum Rev. D. Claudio Gonzaga ad Majestatem Vestram capitanum Dominicum Rudolphini, qui ex Camerino, patria sua, ante ferias Natalitias proxime venturas se itineri daturum in Poloniam nobis sancte est pollicitus, quod etiam ante semestre indubie fecisset, si pecunias, quae paucis abhinc diebus Romam sunt allatae, pro sumptibus itineris necessarias habuisset: mora itaque suae profectionis in Poloniam ne apud Majestatem Vestram ipsi Dominico et nobis damno sit, humiliter precamur, maxime quum in exequendis Majestatis Vestrae mandatis nos negligenter nulla ratione exhibuimus. Precamur Deum Opt. Max., ut S. Regiam Majestatem Vestram nobis felicem et incolumem diutissime conservet. Datum Romae, die 10 decembris, anno Domini 1579.

CLXI.

Joannes Fridericus, Pomeraniæ dux, ad Majestatem Regiam.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Serenissime potentissimeque Rex, Domine affinis et vicine charissime. Retulerunt nobis nobiles vasalli, et fideles nostri dilecti, omnes ex familia Masoniorum, jus et interesse bonorum et pagorum, Renifeld, Faltzenhagen, et Heinrichsdorf, habentes, qualiter per Regiæ Majestatis Vestræ literas citati sint, ut ad certum diem coram Regia Majestate Vestra et consiliariis ejusdem in conventu Varsaviensi personaliter et peremptorie compareant, et summas pecuniarias, si quas in, et super bonis prænominatis haberent, reciperent, et econtra bona illa cum omnibus privilegiis et juribus desuper ipsis competentibus Regiæ Majestatis Vestræ pro commodo mensæ et Reipublicæ, Regiæ Majestati Vestræ resignarent ac traderent, demisse ac humiliter orantes, quoniam ipsi, sicuti et proavi et parentes ipsorum ea ipsa bona cum omnibus eorum attinentiis, ante centum et plures annos, et sic extra hominum memoriam, a nobis et illustrissimis prædecessoribus nostris, ducibus Pomeraniæ, in feudum accepissent, eaque omnia in præsens usque tempus quiete ac tranquille possedissent, ut ipsos, tanquam vasallos nostros, apud Regiam Majestatem Vestram hoc nomine excusaremus, eosque in continuata et præscripta possessione istorum bonorum defenderemus, quod Regia Majestas Vestra ex incluso ipsorum libello supplici cognoscere non dedignabitur.

Licet autem hoc non tam ex Regiæ Majestatis Vestræ proposito, quam aliorum, qui forte hisce bonis inhiant, impulsu fieri nobis persuasum habeamus; tamen quum ea, et alia confinia loca, cum reliquis omnibus ducatuum Pomeraniæ provinciis, a Sacro Romano Imperio nobis in feudum concessa et tradita sint, nosque vicissim hæc prænominata bona, prædia et villas cum suis attinentiis hisce supplicantibus in feudum concesserimus, atque tam nos, quam ipsi subditi nostri hæc loca et prædia per immemorabile tempus optimo titulo continuata possessione habuerimus, iis in hac re deesse, atque ipsos super hisce bonis et terris, quæ nostræ jurisdictioni subjecta sunt, in aliud judicium vocari, pro jurisjurandi religione, qua Sacro Romano Imperio devincti sumus, permittere nec debuimus, nec potuimus: idcirco illis, ne se hac de re sisterent, serio interdiximus.

Quapropter amanter et officiose, pro affinitatis, vicinitatis ac foederum conjunctione ac jure petimus, ut Regia Majestas Vestra hosce nostros subditos et vasallos, quod ad emissam Regiæ Majestatis Vestræ citationem non compareant, clementer excusatos habere, ipsosque in possessione horum locorum, quæ ab Imperio Romano et nobis in feudum habent, pacatos et quietos relinquere, nec in illis ut perturbentur, cuiquam concedere velit, donec negotium limitum litigiosorum inter regnum Poloniæ et ducatum Pomeraniæ de quo nobis jam dudum et sæpius spes facta est, componatur, ac ad finem perducatur. Regiæ Majestati Vestræ officia et benevolentiam nostram deferimus. Datum Stettini, die 9 decembris, anno Domini 1579.

CLXII.

Ad Daniæ regem.

Coll. Faur. 6063, t. III.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc. Serenissimo principi, Domino Friderico secundo, Daniæ, Norvegiæ, Gothorum Vandalorumque Regi, Duci Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ ac Dithmarsiæ, Comiti in Oldenburg et Delmenhorst, amico et vicino nostro charissimo, salutem et felicitatis continuum incrementum.

Serenissime princeps, amice et vicine charissime. Quam primum Nobis habendi frequentioris nostri senatus in regno nostro potestas fuit, faciendum Nobis existimavimus, ut causa et de stabilienda inter nos nostraque regna mutua amicitiæ conjunctione, et de belli contra hostem Moschum foedere, in justam deliberationem vocata, Serenitatem Vestram de iis rebus redderemus certiorem, quas a legatis nostris, qui cum Serenitatis Vestræ commissariis Stetini convenient, pertractari oportere judicemus. Quarum rerum capita Serenitati Vestræ per Generosum Petrum Smilowski, secretarium nostrum mittimus, paulo quidem serius, quam temporis propinquitas, quod conventui commissariorum est constitutum, requirat; sed quum id non alia de causa, quam tardiore nostro in Poloniam reditu, et magnitudine gravissimarum occupationum nostrarum acciderit, non dubitamus, quin Serenitas Vestra illud æquam in partem acceptura sit. Commissarios nostros Nos, quanto ocius quidem fieri poterit, Stetinum mittemus: quod si tamen ob gravissima comitiorum regni nostri, quæ hoc tempore habemus, negotia, paulo serius eum in locum pervenient, postulamus a Serenitate Vestra, ut ne id [in malam partem accipiat], si commissarii nostri Stetini januario mense sistant. Datum Varsaviæ in comitiis regni generalibus, die 11 mensis decembris, anno Christi 1579, regni vero nostri anno tertio.

Stephanus Rex.

CLXIII.

Capitulatio de foedere a Sacra Regia Majestate ad Serenissimum principem, Dominum Fridericum, Daniæ, Norvegiæ et Vandalorum regem, missa die 11 decembris, anno 1579.

Sacra Regia Majestas pro suo præcipuo quodam ac perpetuo amicitiæ cum principibus christianis colendæ studio, proque ea testificatione, quam jam ante de suo erga ejus Serenitatem animo dedit, in amicitiæ cum ejus Serenitate stabiliendæ, ac foederis contra hostem Moschum suscipiendi voluntate, [in hoc proposito] ac coepto permanet. Quum vero hoc negotium ita rectissime perfici posse utrique Majestati visum sit, si utrinque commissarii rerum, quæ ad foederis rationem pertinerent, communicandarum causa convenirent: S. Regia Majestas, quod Serenissimo regi Daniæ jam ante per literas significaverat, se, quum primum causa hæc tota in frequentiore senatu suo deliberata esset, cum de capitibus, de quibus commissariis agendum foret, redditurum certiorem, tum commissarios suos Stetinum missurum esse, id sibi hoc tempore ipsis regni sui comitiis faciendum esse judicavit.

Existimat autem sua Majestas hæc esse potissimum, quæ a commissariis in conventu conferri ac tractari oporteat.

Primum ea, quæ ad utriusque Majestatis inter se personas, statum, dignitatem conservandum, pro eo, ut jam olim inter Serenissimos utriusque Majestatis antecessores, Vladislaum Poloniæ regem, et Ericum regem Daniæ, convenit, ac quæ itidem ad ipsorum inter se regnorum necessitudinem, ac in mutuis officiis conjunctionem pertineant.

Ad hæc quod ad commerciorum inter subditos utriusque Majestatis rationem spectet, quo quidem Narvicæ navigationis prohibitio referenda sit, quæ quum belli suscepti causa perquam sit necessaria, non dubitat sua Majestas, quin, quod Serenissimus Daniæ rex se facturum ostendit, diligenter curaturus sit.

Denique considerandum quomodo æqualitas, quæ certissimum omnis conjunctionis vinculum est, in belli hujus societate constitui possit, quæ quidem æqualitas ante omnia in belli oneribus, sumptu ac labore spectanda sit. Quid sua Majestas subitura sit oneris, quid ad hoc bellum porro etiam copiarum, virium, opum allatura sit, existimat Serenissimum Daniæ regem ex eo belli apparatu, quod proxime sua Majestas gessit, posse perspicere: et dat operam hoc tempore sua Majestas istis Reipublicæ universæ comitiis, ut bellum susceptum in posterum etiam majore conatu, copiis, atque viribus administret et perficiat. Expetit igitur a Serenissimo rege Daniæ ut cognoscat quibus rationibus, quibusve modis ejus Serenitas Regiam Majestatem hoc in bello adjutura, quidve opis in commune allatura sit: qua re cognita, sua Majestas de præmiis ac futura belli... ex onerum ratione facile decerni, atque pro æquitate constitui posse existimat. Neque dubitat S. Regia Majestas, quin hanc suam sententiam Serenissimus Daniæ rex æquissimam, et ab animo justi et constantis fœderis studioso profectam esse, judicaturus sit, quum non modo nulla bellorum, sed ne quidem minimarum inter homines rerum societas sine istiusmodi paritate, æquabilitateque, aut coalescere, aut, si coaluit, diu consistere possit.

Atque his de rebus S. Regia Majestas Serenissimum Daniæ regem ante commissariorum conventum certiorem esse faciendum existimavit: de singulis vero mandata uberiora suis commissariis ad conventum profecturis [dabit].... ut perspici possit, si quæ æquitati, honestati, utilitati rerum christianarum consentanea sint, et petere, et præstare velle.

CLXIV.

Summus pontifex ad Sacram Regiam Majestatem.

Annales Eccl. Theineri, t. III, 1574. Bibl. cesarska w Paryżu: coll. Faur. 6063, t. 1.

Charissime in Christo Fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Summa semper fuit omnium hominum expectatio pietatis et virtutis tuæ, eamque boni semper suspexerunt, mali sunt veriti: omnes enim exploratum habent, Majestatem Tuam nihil humile ac terrenum cogitare, sed id agere et conari, ut domi forisque inserviatur Dei gloriæ, eaque quam latissime propagetur. Est autem hoc de iis, quæ a regis cura et vigilantia expetuntur, quæ quidem permulta et gravissima sunt longe maximum, atque ad omnem regni felicitatem stabilissimum, quo neglecto cætera omnia nihil plane sunt. In hoc autem gloriosissimo munere versari pietatem tuam, communique expectationi mirifice respondere, in rebus tum civilibus, tum bellicis sapienter administrandis, gratulamur Majestati Tuæ, gratiasque agimus Deo, tam præstantis voluntatis ac virtutis largitori. Recenti autem de Moschis victoria quantopere lætati simus, tuæ existimationi relinquimus: quid enim est, quod tam optare audeamus, quam ut christianorum res crescant, hostium vero frangantur, comminuanturque? Habes igitur summam apud omnes bonos laudem pietatis in bello suscipiendo, prudentiæ in administrando, virtutis in conficiendo: ut autem ab his initiis summa omnia expectari par est, sic non cessamus Deum orare, sine cujus ope inanes sunt omnes spes nostræ et conatus, ut Tuæ Majestati perpetuo adsit, Ecclesiamque suam majore in dies gaudio cumulet ex tua pietate, præstet= sua virtute que, ut quæ præclare cogitas, omni cum felicitate perficias ad sui nominis gloriam, catholicæque Ecclesiæ amplitudinem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 12 Decembris, anno Domini 1579, pontificatus nostri anno octavo.

